
QVEM ELEGISTI
Suor Isabella Piccini F.

ACTA, ET DECRETA
SYNODALIA
VENETA
Ab Illustr. & Rever. in Christo Patre, & D. D.
PETRO BARBADICO
Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primate, &c.

Habita, & promulgata in Ecclesia Patriarchali Diebus 28. 29. 30. Mensis Maij 1714.



VENETIJS, M. DCCXIV.
APVD CAROLVM BONARRIGVM
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.


RIGE QVEM ELEGISTI
Suor Isabella


ACTA, ET DECRETA SYNODALIA VENETA.

Ab Illustr. & Rever. in Christo Patre, & D. D.

PETRO BARBADICO

Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primate, &c.

Habita, & promulgata in Ecclesia Patriarchali Diebus 28. 29. 30. *Mensis Maij* 1714.



VENETIJS, M. DCCXIV.

APVD CAROLVM BONARRIGVM

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

A D

VENETAM DIŒCESANAM
SYNODVM

O R A T I O

Habita ab Adm. R., & Excell. D.

IOANNE DE COMITIBVS I·V·D·

Congregate illi Sanctos eius, qui ordinant Testamentum eius super Sacrificia.
Psal. 49. 6.



Estabatur in Cruce Christus, suique Testamenti tabulas Diuini Sanguinis regalis vena signauit. In illo nos omnes Sacerdotes effecit, & regnum, vt veram filiorum Dei adoptionem reciperemus. Amplissima dignitatis titulo ornauit, cum hæredes instituit; & futuræ immortalitatis præmium exposuit, cum nobis vitæ suæ reliquit imaginem. Verùm duplici pretio maximam reparatoris gloriam adeptus ex eodem latere communis incolumitatis vrnam impleuit, cum Sacramenta diffluerent. Exindè quadratæ virtutis viros, atque spectatæ probitatis regijs nominibus inscripsit: Quinimò, vt Diuinitatis eius participes redderet, & Ministros indelebili nota in æternitatis Consortia traduxit. Ea est, qua cincti sumus tàm excel-

excelsæ authoritatis Corona; præclarumque tantæ molis priuilegium exhibet Consessus vester. Quocunque inciderint oculi expressa vident exempla virtutum; eosque venerari iuuat, quos ætas senectutis vita immaculata pietatis officijs erudiuit. Eos intueri conceditur, quorum fidei Sanctissimæ dispositionis legem Christus Dominus creditam demandauit, ij enim sunt, qui ordinant testamentum eius super Sacrificia. Militiæ Cœlestis albo conscripti Patres, qui ad Maiorem Dei Cultum Ecclesiasticæ Disciplinæ præcepta seruarunt.

Elatasque altè, quæcunque in bella vocaret
Promisere manus.

Quos sola Leuitica tribus victimis mactandis addixerat; eos omnes ingenitum Venetæ Religionis studium edidit. Quot geniti, tot probati sunt. Tibi debemus hanc Sacerdotalem Hierarchiam Illustrissime Reuerendissime Præsul, vt iisdem legibus indicta Synodo floreat Ecclesia, quibus totius orbis imperium Respublica promeretur. Exeunt in admirationem è stemmate Cani circumspectæ prudentiæ sensus, atque multiplici Symbolo in patriam amor. Quod autem præstantissimum est in corde viuit, in mente regnat; videlicèt in id vnum quæcunque intentionis tela collimas, vt Diuini Numinis gloria magis in dies augeatur, nullumque detrimentum capiat Sanctissima Fides. Propterea populus acquisitionis consecrata Comitia instaurauit, quæ vtique Curiata dici possunt, nam eorum Sententiæ proferentur, qui animarum Curis insudant. Tu auspicia, Tu obnuntiationem Cælitus innuisti, vt illa peropportuna haberentur, quibus sanctiori examini subijceres, quæ Christus Dominus suo testamento

ſtamento legauit. Quid autem mihi dicendum eſt, cui vetitum huiuſce loci authoritatem attingere, quò nihil afferri poteſt niſi elaboratum induſtria, & perfectum ingenio? Quod nihil audeam obedientia defenſio eſt; quod in hac inſolita dicendi exercitatione proficiam, mihi per Te mandatus honos impertiet. Inter eos, qui in ſortem Domini vocati ſunt Chriſti Domini imaginem requiremus. Eccleſiaſticæ diſciplinæ præſidia firmabimus. Honeſtiorem Sacramentorum vſum, & puriorem Sacrorum Rituum Obſeruantiam exhibebimus. Haſce nudas quocunque robore voces pro veſtra benignitate ſuſcipite. Erit PATRIARCHÆ noſtri Religioſiſſimi ſemper duraturis ſanctionibus ſtabilire. Adſit votis nunc etiam teſtator in Cruce Chriſtus. Armatis in obſequium rogationibus exclamabo. Vide Domine iudica cauſam tuam; Confitebor tibi in Eccleſia Magna, in populo graui laudabo te.

Maximam Diœceſanæ Synodi neceſſitatem ipſa temporum conditio demonſtrat. Enim verò quamuis nos opprimant domeſticæ calamitates, grauiorumque metum incutiant, ignaro nihilominus tonat Cælum Mundo, deiectique animi vitium rationabilis timor accuſatur, perindè ac ſi eadem mala ſint, quæ immineant, & quæ fingantur. Luxum Sanctiſſimæ Reipublicæ legibus toties coercitum inutili fragore deterret Iſaias, Auferet Dominus ornamentum Calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & inaures, & annulos, & gemmas à fronte pendentes, & acus, & ſpecula, & vittas, & theriſtra. Sacerdotes Sancti incenſum, & panes offerunt Deo, & fuſis ad aram miſericordiæ precibus

pu-

publicam securitatem implorant. Nonnulli tamen sunt, qui non dormiunt quidem inter medios Cleros pennæ Columbæ deargentatæ, qui purissimum Christianæ Religionis aurum licèt in sortem Domini vocati decolorarunt, vestibus ipsis ad sæculi genium immutatis. Nonnulli sunt, qui Christi patientis tormenta in ipsa decoris, & honestatis imagine despicientes Clericalem Coronam dehonestarunt. Nonnulli sunt, qui otio, & inertia torpent, atque ipsa temporum gula veluti fluminum ripæ successiuo gurgite deuorantur. Horum beatissimam pacem nonnulli desides, & inepti vsque ad inuidentiam exaggerant; cumque illi insanæ nugacitatis encomia resorbeant Prophetæ monitis obsurdescere videntur frustrà clamitantis Popule meus, qui te beatum dicunt te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Obsecremus eos, & licèt vos hactenus exemplo vestro suaseritis cum Apostolo deprecaminor nolite conformari huic sæculo. Sicut vocauit Deus ità ambulent, vocauit enim vocatione sua Sancta non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia (a). *Consulant alijs, prospiciant sibi; sese receptacula Sapientiæ Spiritualis agnoscant. Qua dignitate sint præditi meditentur, ea scilicet, qua nulla in terris excellentior excogitari potest. Satagant ne aliquo modo vilescat. Aduertant se ideò SacroCaractere insignitos, vt Christi Domini vices agant, & expressam eius imaginem vita, verbo, exemplo, moribus præseferant.*

Neque sese fidei nimis prodigos arguant si Hieronymo cre-

(*a*) 2. Ad Tim. 1.

crediderint causas esse ruinæ populi Sacerdotes malos. Vt digni sint, qui versentur inter vos oculatum referant Zachariæ lapidem, quin, & totum corpus plenum habeant oculis in circuitu, cum non solum sibi, verum etiam toti populo viuant. Cui autem populo? Venetiarum equidem semper ad pietatem prono; qui primis sæculis ad Religionem accenditur; qui prius, quàm præluceant inflammatur; qui nunquam fidem inter arma deseruit; qui primos fidei triumphos effuso sanguine consecrauit. Docilitatis eximiæ; moderationis ingenitæ; cui & ipsa urbis fundamenta ministrant, vt facilius verè Doctrinæ Sale condiatur. Is est, de quo Dauidicum vaticinium implebitur populus, quem elegit Dominus in hæreditatem sibi. Eo tempore dessignatus, quo recurrebat annus in instaurando sæculorum negotio, idest in recolenda Deiparæ Virginis Annuntiationis memoria. Sciant Sacerdotes illi sese legitimis comparari siclis, qui in Sanctuario antiquitùs adseruabantur, vt si quid hominum profanorum vsus, & consuetudo deprauasset ad illum typum reformaretur. Christi Domini imaginem; Ecclesiasticam Disciplinam in singulis vestrum diligentiùs edificant. Vos inquam intueantur, vt semetipsos tanquam in speculo nitidissimo componant. Vos, qui non steriles platani, neque myrti detonsæ, sed ligna plantata secus aquarum decursum fructum datis in tempore suo. Contemplentur in vobis eos, quos sibi Dominus mundauit populum acceptabilem sectatorem bonorum operum, regale Sacerdotium, & gentem Sanctam; quæ in aliorum

 com-

commodum , & utilitatem custodiuit testamentum eius .

Profectò tunc solum in fronte regum Crux Christi splendidior effulsit, cum Sacerdotum capita coronauit ; tumque solùm ut numina viuere dicti sunt , cum Christi Domini Signo decorati inter propheticas acclamationes assurgerent, Amen dico vobis dij estis , & filij excelsi omnes . Tunc astiterunt reges terræ , & principes conuenerunt in vnum, vt veterem Redemptoris ignominiam noua decoris frequentior redimerent . Non inspectis animalium visceribus , neque sparso victimarum cruore saturaverunt altaria , sed rationabile præstantes obsequium per ipsius Christi Domini Sanguinem introêrunt in Sancta . Sic animarum curam soliciti prosequentes redemptionem instaurant , eaque adimplent , quæ desunt passioni Christi . Semper Crucis triumphum innouantes Crucem frontibus imponunt , vt perpetuis temporibus cum Diuo Laurentio Iustiniano appareant signa victoriæ illius . Tales decebat eos esse , de quibus Redemptor noster profusus in gaudia loquutus ; est Ambulabunt mecum in albis , quia digni sunt . Eos , omnes in vnum , Antistes amplissime , jussu tuo Sancta Synodus congregauit ; eosque Si Nazianzenus inspiceret iurè meritò prædicaret , Mundi fundamenta ; Christianæ fidei columnas ; immortalis vitæ doctores , & ductores . Non est nostræ imbecillitatis innuere quot , & quàm egregia prodantur justitiæ , sanctitatis , & religionis exemplaria ; quàm floreat in ipsis , & per ipsos Ecclesiastica disci-

disciplina. Signatum est super eos lumen vultus tui Domine, tantaque claritate diffunditur, ut vix attingere valeam, quantus diuinæ sapientiæ fulgor mihi apud illos dicenti oboriatur. Solari utique radio splendidiores Manus, quæ carnem agni immaculati diuidunt, ut gregem Dominicum pascant; Ora, quæ spiritali replentur igne, ut frigidos foueant usque in amoris incendium; Linguæ, quæ tremendo nimis Sanguine rubescunt, ut vulnera lambant usque in salutis beneficentiam.

Quæ cùm ita sint is erit felicissimus dies, quo Maiestas Domini impleuit templum Domini. Quandoquidem ea omnia, quæ in Ecclesia exhibentur antiquam referunt disciplinam, cujus semper in vobis custodita ratio, ut jam anteà notauit Cyprianus, quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate seruatur, ne Ecclesiæ nauis in scopulos illidat. Ea est, quæ spei custos apellatur; retinaculum fidei; religionis, & veræ pietatis Magistra, quæ facit in Christo manere semper; & iugiter Deo viuere, & ad promissa cælestia, & ad diuina præmia peruenire. Ea est, quæ vestris cordibus potissimum hæret; in quam incumbitis summo labore, & maxima diligentia, ut adhuc habeat Ecclesia, quo crescat, donec illud impleatur, Dominabitur à mari usque ad mare. Sic in vobis singulis una mens est, & in omnibus unus Christus, ut ad seruandum tanti nominis, tantaque authoritatis priuilegium ipse dixerit, nolite tangere Christos meos.

Quamplurima, quæ in hoc argumentum afferri possunt omittamus, cum vberiorem dicendi segetem in hoc ipso Ecclesiæ agro disciplina Synodalis aperiat. Ea, quæ adimplenda præcipis, Antistes amplissime, talia mehercule haberi possunt, vt nihil Catholicæ Ecclesiæ deesse, quis crederet, si eorum singulis ad regimen vteretur. Nulla est in cordatis viris prælationis ambitio, & prouida olim in eruditionem nostram contentio non excitatur. Nulla est in frontibus, nisi pietatis imago. Nulla est in gressibus, nisi Modestiæ, & grauitatis Societas. Quæcumque verba ad religionis limam expolita. Quæcumque cogitationes ad maiorem Dei cultum ordinatæ. Quæcumque suffragia ad fidei incrementum, & fidelium salutem relata. Pacatos, & candidos animos in silentium descendentes ostendunt. Cultum, Submissionem, obsequium ergà tuam voluntatem in obedientia præseferunt. In exequendis Mandatis tuis alacritatem gestientis vultus immutatione confirmant. Si quid unquam fuit, ILLVSTRISS. REVERENDISS. PATRIARCHA, quod te in iucundissima *rerum cælestium contemplatione defixum ad tristitiam traduceret, nunc tua, quam præstas, opera, altiori gaudio compensetur. Quandoquidem dum Christi Domini vicem geris, & hos omnes seniores, qui posuerunt coronas suas ante thronum Dei ad religionem instituis, in lætitia gentis tuæ eiusdem Christi Domini ore loquutus exultas disposui testamentum electis meis; & testamentum meum fidele ipsis.*

Hi

Hi utique sunt ministri Domini, qui faciunt voluntatem eius; qui priscos eosque sanctissimos Ecclesiæ ritus in Sacramentorum administratione mordicùs retinuerunt. Ita cælestia deducunt, ut Serapidis simulacro similes dici queant, cui Ægyptiorum Sapientissimi Cælum pro capite imposuerunt Christi Domini Sanguinem guttatim vulneribus adhibent, ut fideles mysteriorum Dei dispensatores inueniantur. Fluenta Euangelij ex ipsis Dominici pectoris fontibus epotant, ut diuinæ misericordiæ crescentes oleæ cælesti rore spargantur. Quicquid ex ipsis prodest solis radio scriptum est. Quot verba sunt tot sydera, ut luceant omnibus potissimum jis, qui in tenebris ambulant, & mortis umbra. Diuini Numinis internuntij fidelium preces excipiunt, ut reconcilient ima summis, sanctoque fædere, picque commercio diuina, & humana socientur. Semina immortalitatis jaciunt, si loquantur; æternitatis pignora tradunt, si agant. Corrumpere, & corrumpi sæculum vocetur; incorruptibiles illi non ebibunt undè vitientur. Tranquillitatis modestiam illorum prospera serenant. Solidissimam animorum Constantiam illorum aduersa non frangunt. Tota denique illorum vita cælum est; quam nec occupant ex alienis facibus nubes, nec quatiunt ex ambitiosis affectibus venti. Illorum tonitrua diuinæ sapientiæ clamitantis sunt monita. Illorum fulgura excitamenta virtutum. Illorum fulmina paucorum periculo cadunt, & omnium metu. In illis certo certius est, quod Hermes affirmauit, eos nimi-

rùm,

rùm, qui ad omnes veritatis apices Deum cognouerunt, ne fato quidem teneri. Enimuerò quonam modo fato teneri possunt, cum fata regant diuinæ prouidentiæ admirabiles pro rectores? Quid si non solam Dei prouidentiam, sed & ipsum prouidentem Deum & verbo conficerent, & manibus attrectarent?

Eò nostram orationem deueniſſe intelligitis, præſtantiſſimi viri, vt admirabilem cælorum harmoniam in Sacramentis administrandis, ſemperque laudabili ſacrorum rituum ornamento comprobemus. In illis vberrimos gratiæ cæleſtis influxus; in his ipſius cælorum Domini Maiestatem admiramur. Sic diſpoſuit in ima cera teſtator Christus. Cænaculum grande ſtratum ad æternitatis menſam exhibuit, ſemperque retinendum azymorum uſum Apoſtolis commendauit: Oculos eleuauit in cælum, ut ſacrarum cæremoniarum originem indicaret, ne quis Eccleſiaſticæ Hierarchiæ pulchritudinem affectato ſuperſtitionis nitore perſunderet. Idcircò triplicem cænam legitimis cibis ad obſeruantiam inſtruxit, ut perennis traditionis ſundamento rerum liturgicarum apparatum ſtabiliret. Veteris ſacerdotij laminas in fulgidiorem latitudinem Crucis ornamento deduxit, & priſcorum rationalium gemmas pretioſiore lumine decorauit. Cum enim Synagogæ iam deficientis gloria periiſſet emendicatus in tribu Leuitica nitor elanguit, neque amplius dilatatis phylacterijs auri fulgor emicuit; nam ut inquit, Hyeronimus, Auro legis ſanguis Euangelij prætioſior eſt. Ne inornati ſermonis excurſus uſque in faſtidium patientiam veſtram deturbet, cumque excellentiſſimum docendi

cendi

cendi genus demonstratio exempli habeatur sit ob oculos imago Christi, ejusque crucifixi; idem siquidem lignum Crux Christi morientis, & cathedra docentis fuit. Nobis exemplum reliquit, ut sequamur vestigia ejus. Quacumque in ipso Orationis vestibulo proposuimus, sic satis superque probata judicabimus.

Si quid erit quod aciem fugiat Te ipsum præbeas exemplum, Pijssime Præsul; Gloriosus apparuisti in conspectu Domini; teque diuini Numinis ergà nos dilectio post tot annos data opera reservavit, ut si quid corruptum Ecclesiæ cultui deficeret pristinæ integritati congregata Synodo restitueres. Tuum fore ad innocentiæ normam mores componere fortunatum portentum obnuntiavit; nam cum nondùm ad tuam electionem promulgandam quis hisceret columbam tuæ gloriæ cupiditate volitantem, coacta in amplexum toga festivus Frater excepit. Eo familiari cælorum Symbolo auspicatus es. Qualis autem futurus esses idem eximiæ charitatis hieroglyphicum indixit, columba videlicet simplex, & lætum animal, teste Cypriano, non felle amarum, non morsibus sæuum, non unguium laceratione violentum; cujus ingenium est concordiam pacis agnoscere, & circà omnia omnem humanitatis legem implere. En ipso numine; en ipso nomine dessignatus, qui faciat voluntatem Domini, & visitet templum ejus. Fortunatissimi Patres, quos in amplissimæ dignitatis officium aduocauit. Florentissimam hanc Diœcesanam Synodum ad Ecclesiasticam disciplinam; ad totius Ecclesiæ bonum; ad com-

munem

munem fidelium salutem instruite: & dum templa estis Dei viui, qui in vobis quotidiè gloriosior inhabitat, ità Dei Causam agite, sicuti decet sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

FINIS.

PETRVS

PETRUS BARBADICUS

Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primas, &c.

Vniuerso Clero Ciuitatis, & Diæcesis Venetiarum, &c.

ONVS, Superna Prouidentia, Nobis impositum, etiam Angelicis humeris formidandum, Pastorale nempè Animarum munus, Diuino fauente auxilio, humilibus nostris viribus, hactenùs in Domino sustinere curauimus, semperque fuit enixa Nostra Voluntas, Nostręque mentis assumptum, Vos omnes, commissasque Vobis oues, Gregisque curam, pro quibus Vestrum Officium hucusque impendistis, ad maiora incrementa paternè dirigere, & ad vberiorem perfectionem perducere. Quapropter prędicti Muneris, & Ministerij Nostri Regimen, onus, & studium prosequentes, inter alia, nullam magis prę oculis solicitudinem habuimus, quàm Nostrum dilectissimum Clerum paterna affectione commonere, vt omnia prorsùs ſęcularia desideria aufugientes, verbo, moribus, &

 exem-

exemplo; vndequàque elucescerent, ne, quos Deus ad aliorum errores tollendos elegit, indigeant, qui ab ipsis (quod absit) errores auferant. Hortatoriis Litteris, & Edictis, ea tunc statuimus, ac præcepimus, quæ magis convenire, arbitrati sumus, in votis habentes in dies promouere maiora, ne Vinea Domini, in qua interdum herbæ lethales, & spinæ prodire possunt nisi assiduè fodiatur, vt fructus puriores, & vberiores nascantur, debitam culturam omittendo, detrimentum sentiat. In Ecclesiarum subindè Visitatione versantes, quamuis omnes non absoluerimus, nouimus tamen, quæ cuique Ecclesiæ prodesse possunt, viamque parauimus ad aliud iniunctum Nobis munus, alacri Animo obeundum, à Sancta Tridentina Synodo, Sacris Canonibus, Constitutionibusque Apostolicis adeò commendatum, ad Nostram scilicet primam Diœcesanam Synodum à Nobis cooptatam, indicendam, aperiendam, & instituendam. Præter enim alia, quæ ad eam conuocandam Ministerium Nostrum impellunt, ea etiam ratione ducimur, vt, vacantibus Ecclesijs Parochialibus, Examinatorum numerus penè deficiat, qui vigore Decreti Sac. Conc. Trid. *sess. 24. de Reform. cap.* 18. examinent Parochos Ecclesijs Nostris præficiendos. Ne igitur vlteriori solicitudine vrgeamur, eamdem Synodum minimè differendam esse duximus, sed conuocandam, & congregandam fore, & esse in Nostra Patriarchali Ecclesia, prout tenore præsentium indicimus, ac conuocari, & congregari pro ferijs, secunda, tertia, & quarta, quæ erunt 28. 29. & 30. Mensis Maij, Anni currentis, decernimus, ac declaramus. Vtinam elucescant præfati dies, vt speramus,

ramus, ad Maiorem laudem; & Gloriam Sanctissimæ Trinitatis, Deiparæ semper Virginis, Beati Petri, Apostolorum Principis, huiusce Nostræ Patriarchalis Ecclesiæ Patroni, Diui Marci Euangelistæ, Serenissimæ Reipublicæ Protectoris, nec non Sancti Laurentij Protho-Patriarchæ, quorum omnium, & singulorum auxilium inuocamus, & imploramus ad vberiorem Ecclesiasticæ Disciplinæ progressum, seu instaurationem, ad Christianæ Pietatis, Religionisque incrementum, nec non Pastoralis Officii Nostri executionem. Mandamus itaque, & in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, omnibus, & singulis cuiuscumque Ordinis, quocumque, etiam nomine censeantur, seu vocentur, Beneficia in Ciuitate, & Diœcesi obtinentibus, ac Nobis, subiectis, qui de Iure, vel consuetudine Synodo interesse tenentur, eosdemque in Domino requirimus, & monemus, vt, diebus supra enunciatis, & significatis, hora Tertiarum in præfata Nostra Patriarchali Ecclesia conuenire, & congregari debeant, ad interessendum præfatæ Synodo, dummodo aliquo legitimo non detineantur impedimento, à Nobis, seu Vicario nostro Generali cognoscendo, sub pęnis à Sacris Canonibus, inflictis, aliisque arbitrio Nostro, pro modo culpæ, & contumaciæ infligendis.

Verùm quia non ignoramus omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum esse, quod in prædicta Synodali Congregatione affluenter etiam sperandum arbitramur, si ad Patrem luminum, à quo descendit, enixis precibus recurramus; mandamus proptereà, vt vnaquaque quinta Feria cuiuslibet hebdomadæ ab Indictione præsentium incipien:, in quali-

bet Parochiali Ecclesia, huius Vrbis, & Diœcesis, Iurisdictioni nostræ subiecta, celebretur Missa de Spiritu Sancto, ea mente, & intentione, vt Opus huiusmodi adeò laudabile, & proficuum, fęliciter incipiamus, inceptum communi voto, & pace perficiamus, perfectum verò, recurrentibus Annis, omni humilitate, ac Obedientia, ad Animarum Nostrarum, commissique Gregis progressum, & perennem fęlicitatem debitæ executioni mandetur. Quæ omnia, & singula, vt ad eorum omnium, & singulorum, quorum intereſt, vel interesse possunt, notitiam perveniant, neminique ignorantiæ detur occasio, seu vana excusatio, mandamus, vt præsentes Nostræ Indictionis Litteræ, inter Missarum solemnia in Nostra Patriarchali Ecclesia, nec non in Ecclesia Parochiali, & Collegiata S. Bartholomæi legantur, lectæque earum Valuis, & in Sacristiis cuiuslibet Ecclesiæ Nobis subiectæ affigantur, ad effectum, vt singulos adstringant, perindè ac si coram quocumque eorum lectæ, & intimatæ fuissent.

Vos intereà Sacri Animarum Ministri, Ecclesiarumque vobis commissarum Præsides, corda vestra accendite, & inflammate, vt fiant Spiritus Sancti habitaculum, qui tenebras omnes dissipet, mentemque illuminet ad operandum, & respectiuè à nobis definiendum, quod ouium nobis creditarum æternæ saluti magis conuenire, ac necessarium, & opportunum esse videbitur. In quorum fidem, &c.

Dat. Venetiis ex Palatio Nostro Patriarchali die 16. Mensis Februarij Anni 1714. à N.D.

(*Petrus Patriarcha Venetiarum*.

Marcus Dominoni I.V.D. Canc. Patriarch. Mand.

PIE-

PIETRO BARBARIGO

Per Diuina Clemenza Patriarca di Venezia, e Primate della Dalmazia, &c.

Alle Dilette in Christo Figlie, le Monache di questa Città, e Diocese.

VN giusto, ed importante motiuo eccita la Nostra Pastorale vigilanza, Vergini, e Spose di Gesù Christo à ricorrere presentemente à Voi, perchè con ogn'ardore di Carità impiegate i vostri cuori nell'adorationi del Redentore Vostro Sposo. Habbiamo stabilito, e determinato di conuocare, e congregare il Nostro dilettissimo Clero, per la celebratione d'vn Sinodo, ad oggetto di maggiormente promovere in questa Città, e Diocese la Disciplina Ecclesiastica, e soddisfare vnitamente al debito delle Nostre incombenze, imposteci dal Sacro Concilio di Trento, e da Sacri Canoni; Ma poiche consideriamo, ch'ogni humana deliberatione riesce inutile, ò fiacca, quando non sia auualorata dall'assistenza del Padre delle Misericordie, chi può più di Voi impetrarci il chiarore de suoi lumi

mi per ridurre à perfettione, e vantaggio vn'Opera sì necessaria. V'eccitiamo per tanto con viscere amorose di Padre, e Pastore à dirigere in auuenire le Vostre Menti, ed indrizzare gl'affetti de'Vostri cuori tutti à Dio, perche si degni assistere al Nostro Zelo, che nella sudetta Azzione vivamente desidera il mantenimento dell'Ecclesiastica Disciplina, & il progresso del Culto Diuino. A questo fine comandiamo tutte le Superiore de Monasterij di questa Città à Noi soggetti, che in ciascheduna Domenica, e Giovedì delle venture settimane sino al compimento del Sinodo, doppo la recita dell'Officio Diuino debbano recitare in Coro l'Himno, *Veni Creator Spiritus*, per implorare la gratia dello Spirito Santo, come pure in ogni Sabbato inuocare l'ajuto della B. V. colla recita delle Litanie, ad oggetto, che con tali mezzi possiamo più facilmente ottenere l'intento desiderato. Impegnate dunque volentieri, ò Sacre Vergini, il fervore delle Vostre Orazioni, ed incontrate di buon cuore i Nostri Paterni eccitamenti, mentre vi preghiamo dal Cielo il cumulo delle Spirituali Benedizioni. In fede di che, &c.

Dal Palazzo Nostro Patriarcale di Venetia li 16. del Mese di Febraro 1714. a N. D.

(*Pietro Patriarca di Venezia, &c.*

Marco Dominoni Dottor Cancell.
Patriarch. Mand.

De

De Oratione Publica.

PETRUS BARBADICUS

Miſeratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primas, &c.

Vniuerſo Clero Ciuitatis, & Diœceſis Venetiarum.

PRoxima eſt ſtatuta dies, qua, Deo adiuuante, Synodum congregare decreuimus, feruentiùs ideò ad Preces Deo effundendas, pro fælici eius initio, progreſſu, & complemento, vos enixè hortamur. Tabellam igitur Publicæ Orationis exponi mandamus, iuxtà quam, quilibet præſertim verò in Auguſtiſſimo Altaris Miniſterio, Diuini Numinis largitatem, auxiliumque implorare, & impetrare non deſinet, nec omittet.

Orate omnes prout exhibet Tabella ipſa, affigenda Sacriſtiis, & Valuis Eccleſiarum Nobis ſubiectarum, vulgari ſermone, pro faciliori Populi intelligentia concepta, videlicet.

MON-

MONSIGNOR ILLVSTRISSIMO, E REVERENDISSIMO

PIETRO BARBARIGO

Per Diuina Clemenza Patriarca di Venezia, e Primate della Dalmazia, &c.

A Chiara notitia, & intelligenza di ciaſcheduno hà ordinato ſi publichino gl' infraſcritti Punti dell'Oratione da farſi per la celebratione della ſua prima Sinodo, ad oggetto d'implorare l'aſſiſtenza dello Spirito Santo.

1. Pregate Iddio per la Santità di Noſtro Signore Papa CLEMENTE VNDECIMO, acciò gli conceda ſalute, proſperità, & aiuto per il felice gouerno di Chieſa Santa.

2. Per l'eſaltazione di Santa Madre Chieſa Cattolica Romana, eſtirpazione dell' Ereſie, e per la ſempre deſiderata, e ſoſpirata pace, e concordia trà Prencipi Criſtiani.

3. Perche diffonda ſempre più le Celeſti ſue Benedizioni ſopra queſta Pijſſima, e Religioſiſſima Republica, conſerui lungamente il Sereniſſimo PRENCIPE,

ed

ed assista con particolari ajuti al gouerno delloStato per la prosperità temporale, e spirituale de Popoli.

4. Per il Vostro Prelato, e Pastore, acciò lo Spirito Santo gl'impartisca, e doni sempre più li suoi lumi, col mezzo de quali possa discernere, e decretare tutto ciò, che può essere opportuno, e proficuo all'Eterna Salute dell'Anime alla sua Cura commesse, e degnamente adempisca l'alto suo Ministero con tutti quelli, che hanno parte nel suo gouerno.

5. Per tutto il Clero di questa Città, e Diocese, acciò conosca ogni Sacerdote la sublimità del proprio grado, tratti, conuersi, ed operi secondo l'esigenza del proprio Carattere, cioè con esemplarità di vita, e costumi veramente Religiosi, adempiscano i Ghierici il debito della loro vocatione, e conceda à Religiosi, e Religiose il dono dell'intiera osservanza.

6. Per tutto il Popolo, acciò perfettamente stabilisca, e conserui in se stesso il Santo timor d'Iddio, la Diuina Bontà lo preserui sempre da gl' infortunj, e goda in questa vita mortale la consolatione della Grazia d'Iddio, per possedere nell'altra l'eternità della Gloria.

7. Per il felice succeso di quest'Azione Sinodale, à maggior gloria di Dio, perseueranza de buoni, emendatione, e riforma de praui costumi, e stabilimento del vero modo di viuere Cristiano, e Religioso. In fede di che, &c.

Dal Palazzo Nostro Patriarcale di Venezia li 3. Maggio 1714.

(PIETRO PATRIARCA DI VENEZIA, &c.

Marco Dominoni Dott. Cancell. Patriarc. Mand.

PETRVS BARBADICVS

Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primas, &c.

Vniuerso Clero Ciuitatis, & Diœcesis Venetiarum.

NOstram primam Diœcesanam Synodum aliàs usque sub die decima octaua, Mensis Februarii, vltimò euoluti, indiximus, & annunciauimus, pro Ferijs, secunda, tertia, & quarta, quæ erunt 28, 29, & 30, Mensis Maij currentis, firmam spem concipientes, omnes vocatos, & qui interesse tenentur, Animum, mentemque adeò instructam reddidisse, vt pietate, modestia, prudentia, & gravitate compositi, sicuti decet dignos Dei, & Sacramentorum Ministros, in præfata Synodali Actione se sistere, & proficere valeant. Pastorali insuper Nostra solicitudine inducimur, Prædecessorum Nostrorum vestigijs in similibus inhærentes,

rentes, nonnulla præmittere, vt ab omnibus, & singulis, qui præfatæ Synodo intereſſe debent, iuxtà formam, & tenorem infraſcriptum omninò adimpleantur, & executioni mandentur.

I. Omnes in Habitu talari, decenti, modeſtaque Tonſura comparere teneantur.

II. Hora Tertiarum in Sacriſtia Eccleſiæ Noſtræ Patriarchalis conueniant, ibique ſuperpelliceum induant, bireto caput operiant, Eccleſiamque ingredientes Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento venerationem, Adorationemque debitam præſtent, indèque proprio in loco, & ſede ſe ſiſtant.

III. A mutuis, vaniſque collocutionibus abſtineant, reique grauitatem meditantes, cogitationes ſuas dirigant, & intendant ad proficiendum in Synodali Actione, eamque perficiendam omni cum modeſtia, & pietate.

IV. Quoſcunque priuatos Conuentus penitùs prohibemus in Eccleſia, necnon in quolibet alio loco, præſertim propè ipſam.

V. In Diuinis Officiis peragendis omnes attenti ſint, deputatiſque pareant, vt opportunè genuflectant, ſurgant, ſtent, ac reſpectiuè ſedeant.

VI. Triduò Synodi, qui intereſſe tenentur, antequam conueniant, Miſſam de Spiritu Sancto celebrent, non Sacerdotes verò Sacram Sinàxim, dum Miſſa à Nobis celebrabitur, recipient, ad quem effectum præparationem debitam adhibeant.

VII. Vt omnia quietè, ac ea, qua par eſt, modeſtia peragantur, & ad quoſcunque rumores euitandos, nemo è ſuo loco, niſi ſeſſione abſoluta, diſcedere au-

deat, seu priùs à Vicario Nostro Generali non obtenta debita licentia.

VIII. Si quis in Synodo congregata aliquid proponere voluerit, id priùs scripto commendet, Nobisque exhibeat, vt maturè perpendere, & considerare possimus, quidquid in re proposita ad normam Iuris, & Sacrorum Canonum iustum, expediensque fuerit.

IX. Decreta, Sanctionesque omnes, quæ è suggestu, clara, ac intelligibili voce, legi mandabimus, attentè audient, Nosque, seu Vicarium Nostrum Generalem consulant, si aliquid clariori explicatione indigeat.

X. Qualibet sessione, prout de more, absoluta, nullo pariter colloquio vtantur, sed suo in loco sistentes, omnes discessum Nostrum ab Ecclesia expectent, quo habito subindè discedant, non tumultuatim, sed graui, decoroque incessu.

XI. Si quis autem præfatis Nostris Monitis, & Mandatis contrauenire ausus fuerit, sciat se debitas correctiones & pœnas, arbitrio Nostro infligendas, non euasurum.

Volumus autem, & mandamus, vt hæ Nostræ Literæ in Ecclesia Cathedrali per Cancellarium Nostrum inter Missarum solemnia publicè legantur, lectæque earum Valuis, & in Sacristiis cuiuslibet Ecclesiæ Nobis subiectæ affigantur, perque huiusmodi publicationem, & affixionem, omnes, & singuli adstringantur, ac si coram quocunque eorum lectæ, & intimatæ fuissent. In quorum, &c.

Dat. Venetijs ex Palatio Patriarchali die 3. Mensis Maii 1714.

(PETRVS PATRIARCHA VENETIARVM.

Marcus Dominoni I.V.D. Canc. Patriarch. Mand.

SFS-

SESSIO PRIMA

Synodi Diœceſanæ Venetæ, habita die Lunæ 28. Menſis Maij anni 1714.

Decretum de Synodo incipienda, & pro incepta habenda.

NOS PETRVS BARBADICVS Miſeratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primas, &c.

ÆTernæ primùm ac ineffabili bonitati debitas gratiarum actiones agentes, ſummamque eiuſdem largitatem venerantes pro donata Nobis, & vniuerſo Clero legitimè congregato proſpera hac, & feliciſſima die, nec non pro Paſtoralis Noſtri Muneris exercendi conceſſa opportunitate, primam hanc Noſtram Diçceſanam Synodum ad laudem & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, B. M. V. Beati Petri Apoſtolorum Principis, huiuſce Eccleſiæ Patroni conuocatam, & congregatam incipimus, & inceptam eſſe decernimus, & declaramus. Adimpleat igitur Spiritus Sanctus non Noſtris, ſed eiuſdem B. M. V. & omnium Sanctorum meritis, ac interceſſione opus inceptum, adeò vt in eo agendo, nil relinquamus eorum, quæ Nobis commiſſa ſunt, & prodeſſe poſſunt ad perficiendum Miniſterium Noſtrum, & ad perenne gaudium Nobis, & vniuerſo Gregi inquirendum, & obtinendum.

BRE-

BREVE DISCORSO

DI MONSIGNOR

Illustriss. e Reuerendiss.

PATRIARCA

Al suo Dilettissimo

CLERO CONGREGATO.

SE v'è tempo, in cui debbasi consolare il carico delle Nostre Pastorali incombenze, egl'è certamente questo giorno, in cui vediamo con filiale obedienza radunati, e raccolti li giornalieri operarj della Vigna del Redentore, li Sagri Ministri del Nostro Gregge. Questa Sagra Addunanza assistita dallo Spirito Santo sembrami simile à quella, che vidde Giouanni registrata nell'Apocalisse: *Vidi, & ecce super Thronum viginti quatuor Seniores sedentes circumamicti Vestimentis albis, & in Capitibus eorum Coronæ aureæ*. E' ella composta da membri più Santi della Chiesa, da Banditori della Legge di Gesu-Cristo, da' Custodi del Sagro Tempio, da Giudici dell' Anime, *Seniores*; vestiti all'interno dall' impressione luminosa del Sagro Carattere; all'esterno dalle diuise di Religioso portamento, dalla purità de' costumi, *circumamicti vestimentis albis*. Sapienti nell' intendere, prudenti nell'operare, nella modestia, e nella sobrietà irreprensibili, inuaghiti nella Dottrina

Santa,

Santa, Amatori dell' umiltà, adorni d'ogni virtù, *in Capitibus eorum Coronæ Aureæ.*

Tale appunto, Dilettissimo Clero, deu'essere il vostro splendore, per cui promouere habbiamo desiderata l'vnione di questo Sagro Congresso. Siamo per discernere, e stabilire ciò, che conuiene all'eccellenza del Vostro Grado per trattare l'incombenze del Vostro Ministero.

Ci muoue l'Amore, ch'habbiamo per voi, la saluezza dell'ouile di Gesù-Cristo, di cui siete Guide, e Maestri. Ahi quanto sarebbe il Nostro cordoglio, se douesse mai alcuno di voi soggiacere a' rimproueri di quelli, contro quali esclama San Girolamo. *Veh ijs, qui Dei opus negligenter faciunt*, e se vna sola negligenza de' Ministri di Dio fà risuonare si spauenteuole tuono del Santo, qual'horrore non aueranno à concepire in se stessi quei Sacerdoti, de quali parlò Ezechiele nella persona del Signore, *Sacerdotes eius contempserunt legem meam, polluerunt Sanctuaria mea, inter Sacrum, & profanum non habuerunt distantiam, inter pollutum, & mundum non intellexerunt.*

Benedetta però sempre la Diuina Misericordia, che illuminando le vostre menti vi fà risplendere in questo Veneto Cielo, come Stelle fisse dell' Ecclesiastico Firmamento, abominatori della profanità, e veri diffensori del Santuario. V' abbracciamo però tutti con Amore di Padre, e vi preghiamo nelle Viscere del Signore à voler conseruare in voi stessi ogni morale Virtù, e communicare al Popolo la cognizione delle Teologiche, istruendo gl'Idioti negl' Articoli della Nostra Santa Fede, esortando i Dotti all'vso de' Santi Sagramenti, inducen-

ducendo gl'vni, e gl'altri ad vna vicendeuole Carità, perche a grado di queste virtù possino ascendere vna volta à quell'immensa gloria, che tutti dobbiamo sperare; *Estote ergo*, conchiuderò con le parole del Signore, quando spedì gl'Apostoli a diffondere l'vnità della Fede Cattolica per l'Vniuerso, *Estote Prudentes sicut Serpentes, & simplices sicut Columbæ*, compagna della Prudenza sia sempre la semplicità de' Vostri Cuori, e con questa bella scorta auuanziamoci hora à trattare quell'azioni, che concernono all'honore di Dio, al decoro della sua Chiesa, ed alla nostra eterna felicità.

D E C R E T V M

De Ministris Synodalibus.

NEmo autem est, qui non videat opus huiusmodi progrediendum, & perficiendum esse cum alterius Ministerio, sequentes propterea vetus Prædecessorum Nostrorum institutum infrascriptas personas in Synodali Actione necessarias, & quarum omnium adiumento indigemus ad infrascriptum respectiuè Ministerium sustinendum constituimus, & deputamus, videlicet.

In Præfectum Disciplinæ Clericalis, & Synodalis Actionis, ac Iudicem querelarum, & excusationum absentium Adm. R. & Exc. D. Marcum Antonium Ferro I. V. D. Proth. Apostolicum Vicarium Nostrum Generalem.

In

In Præfectum Scrutinij, seu examinis Synodalis Adm. R. & Exc. D. Ioannem Gaspari I. V. D. Proth. Apostolicum, Canonicum Ecclesiæ Ducalis Sancti Marci, Plebanum Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatę Sanctæ Fuscę Pro-Vicarium Nostrum Generalem, unà cum Adm. R. & Exc. D. Antonio Betolli I. V. D. Vicario Perpetuo Ecclesię Parochialis, & Collegiatę Sancti Bartholomęi, Ecclesię Nostrę Patriarchalis Canonico, & Auditore Nostro Generali, ac etiam cum Visitatoribus Sexteriorum per Nos deputandis.

In Promotorem Synodi Adm. R. & Excell. Marcum Mainardi I. V. D. Procuratorem Fiscalem Curię Nostrę Patriarchalis.

In Secretarium Synodi R. D. Marcum Dominoni I. V.D. Cancellarium Patriarchalem.

In Lectorem R. D. Franciscum Ferro Notarium Curię Patriarchalis, & Presbyterum Titularum, Ecclesię Parochialis, & Collegiatę Sancti Martini, qui Decreta, aliaque legenda legat, exceptis Decretis Sac. Conc. Trid. & Apost. constitutionibus perlegendis ab Adm. R. Archidiacono ad pręscriptum Pontificalis Romani.

In Magistros Cæremoniarum.

Adm. R. D. Antonium Santurini Ecclesię Patriarchalis Primicerium.

Adm. R. D. Gasparum Solta Ecclesię Patriarchalis Canonicum.

Adm. R. D. Philippum Caluetti Ordinarium Nostrum Cęremoniarum Magistrum.

DECRETVM

De Præiuditio non afferendo.

DEclaramus si cui contigerit in hac Synodali Actione suo loco non sedere, aut incedere, seu vocari, vel aliud quicquam agere, attamen per hoc, seu similia nemini nouum Ius acquiri, nihilque de cuiusque Iure, aut possessione detrahi, sed in eo ipso statu omnia permanere, in quo esse reperiebantur ante hanc Synodum congregatam, secluso prorsùs omni, etiam minimo uniuscuiusque præiuditio.

DECRETVM

De Proponendis Querelis, & Excusationibus.

NE pænas à Sacris Concilijs Generalibus, & præsertim, à Tridentino *sess. 24. cap. 2. in fine* de Reform. inflictas incurrant, qui Synodo non intersunt, Iudicem Excusationum propterea deputauimus Ad.Reu. & Exc. D. Marcum Antonium Ferro I.V.D. Proth. Apostolicum, Vicarium Nostrum Generalem, cui deferendæ erunt excusationes de iusto impedimento, & legitima absentia ab ipso admittendæ, & cognoscendæ. Quia verò Querelæ etiam, & accusationes plerunque contrà

contrà aliquem deferri ſolent, Volumus, & mandamus, quod ſi quæ proponendæ fuerint, coram ipſo pariter fiant, & ſcriptis mandentur, ad effectum, vt maturè conſideratæ debitum ſortiantur Iudicium.

DECRETVM
De Clero Vocando.

PRæcipimus quoque, & mandamus omnes, & ſingulos Beneficiatos, qui Iure, vel conſuetudine Synodo intereſſe tenentur, alta, & intelligibili voce è ſuggeſtu vocari, eoſque nominatos, & intereſſentes ea qua conueniens eſt modeſtia, & reuerentia aperto capite reſpondere, *Adſum*, abſentes verò nota ſignari ad effectum prout Iuris fuerit, & Nobis conſentaneum videbitur. Proindeque ſupradicti omnes, modo, & forma ſuperius præſcriptis, nominati, & vocati fuerunt, intereſsentes reſponderunt, *Adſum*, & abſentes fuerunt nota ſignati.

D E C R E T V M

De non Diſcedendo.

INutilis forſan, & inefficax penè foret ad Actionem hanc Synodalem rectè perficiendam intentio Noſtra, ſi cuiquam ex congregato Clero, & qui Synodo intereſſe tenentur, ad placitum diſcedendi daretur libertas; quapropter Vobis omnibus, & ſingulis, qui mandatis Noſtris parendo conueniſtis, & Iure, vel conſuetudine intereſſe obligati eſtis, ſub pęna Suſpenſionis, alijſque arbitrio Noſtro infligendis diſtrictè prohibemus, & prohibendo præcipimus, ne quis Veſtrum ab Eccleſia, & Synodo congregata diſcedat, niſi ſeſſione abſoluta, & Benedictione recepta, vel facultatè à Nobis, ſeu Vicario Noſtro Generali obtenta.

D E C R E T V M

De Fidei Profeſſione emittenda.

SAcroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 25. cap. 2. de Ref.* verſiculo *Præcipit igitur* ſtatuit, vt omnes Beneficiati, qui ad Synodum Diœceſanam conuenire tenentur prima vice, qua in ea conueniunt Fidei profeſſionem

nem

nem emittant. Mandamus propterea omnibus, & singulis Ecclesiastica beneficia obtinentibus, ac præsenti Synodali Sessioni interessentibus, qui aliàs Fidei professionem in Synodo non emiserunt, vt eandem iuxtà formulam à Pio Papa IV. præscriptam coram Nobis genibus flexis faciant, & emittant.

Quam fidei professionem successiuè omnes, & singuli vt supra nominati, modo, & forma supranarratis emiserunt.

DECRETVM

Pro Constitutionibus Apostolicis, & Ordinationibus Sacri Concilij Tridentini publicandis.

ECclesiasticæ Disciplinæ multum prodesse experti sumus, si sępiùs, & attenta mente legantur, ac percipiantur omnia, quæ Apostolicæ Constitutiones, & Sacri Concilii Tridentini Ordinationes præscribunt. Ne igitur ea saltem, quæ magis commendatas censemus, & frequentiorem Nostram solicitudinem postulant in præsenti Synodo tacitè pręteream us, Mandamus, vt per Adm. Reu. & Excell. Dom. Iacobum Zopellium

pellium S. Th. D. & Archidiaconum huius Nostræ Cathedralis Ecclesiæ intelligibiliter legantur, & publicentur infrascripta; quæ omnia fuerunt clara, & alta voce perlecta videlicet.

De Ressidentia.

CAP. 2. de Reformat. sess. 6. *Incipit, Episcopis inferiores.*

Cap. 1. de Reform. sess. 23. *Incipit, Cum præcepto* §. *si quis, &* §. *eadem omnino.*

Cap 12. de Reform. sess. 24. *Incipit, Cum dignitates* §. *prouisi, &c. vsque ad* §. *neminem, &* §. *præterea, vsque ad* §. *cætera.*

Bulla Pij Papæ V. contrà non recitantes Diuinum Officium.

De Vita, & honestate Clericorum.

Cap. 6. de Reform. sess. 14. *Incipit, Quia verò.*
Cap. 6. de Reform. sess. 21. *Incipit, Quia illiterati.*
Cap. 1. de Reform. sess. 22. *Incipit, Nihil est.*
Cap. 14. de Reform. sess. 25. *Incipit, Quam turpe.*
Bulla Sixti Papæ Quinti. *Incipit, Romanum Pontificem.*

De ijs, qui Confessiones audiunt.

Cap. XV. de Reform. sess. 23. *Incipit, Quamuis Præsbyteri.*

De

De Missis celebrandis, obseruandisque, & euitandis in Sacrificio Missæ.

Cap. vnico sess. 22. *Incipit*, *Quanta Cura*.

De Matrimonio.

Cap. 1. de Reform. Matrim. sess. 24. *Incipit*, *tametsi*.

De Locationibus Bonorum Ecclesiasticorum.

Cap. XI. sess. 25. de Reform. *Incipit*, *Magnam Ecclesiæ perniciem*.

Cap. 2. sess. 25. de Reform. *Incipit*, *Cogit temporum calamitas*.

Pro deputandis ad reuisionem computorum Seminarij.

INhærendo Decreto Sac. Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 18. *de Reform.* pro illiusque debita executione quandocunque opus fuerit, ac laudabilem Prædecessorum Nostrorum praxim, & consuetudinem sequentes, monemus primò Adm. R. Capitulum huius Ecclesiæ Nostræ Cathedralis ad se congregandum hodierna die post prandium

dium, ad effectum eligendi duos de Capitulo pro reuisione computorum Seminarij, eosque nominandos in Actis huius Synodi pro reportanda debita approbatione.

Similiter etiam monemus duos ex Adm. R. R. Plebanis antiquioribus, duos ex R. R. Presbyteris, duos ex R.R. Diaconis, & duos ex R. R. Subdiaconis Titulatis pariter antiquioribus ad se congregandum in Palatio Nostro Patriarchali post præsentem sessionem, & eligendum duos de Clero pro prædicta reuisione dictorum Computorum, illosque nominandos in Actis, vt, in proxima futura Sessione, Synodo proponi possint, & ab ea approbari.

DECRETVM
Contra Absentes.

Absoluta primæ sessionis dies est, qua omnes qui huic Diœcesanæ Synodo interesse tenentur, comparere, & conuenire districtè monuimus, atque præcepimus. Cum verò aliqui mandatis Nostris desuper emanatis minimè paruerint, nullamque absentiæ, & iusti impedimenti causam, vel excusationem (prout tenebantur) detulerint, seu Nuncium miserint, ideò cum eisdem tanquam inobedientibus agi iubemus, & mandamus ad formam Iuris, & normam Sacrorum Canonum.

DE-

DECRETVM

Indictionis futuræ Sessionis.

Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Patriarcha, &c. Secundam huius Synodi Sessionem indixit pro die crastina de mane, quæ erit Martis 29. labentis, hora tertiarum, vel circiter, & monuit omnes, & singulos ad interessendum iuxta edictum Indictionis impressum, & publicatum, quod renouauit, & renouat, quatenus opus sit, in omnibus suis partibus, ac modo, forma, & sub pœnis in eodem expositis, atque contentis.

Finis Primæ Sessionis.

SESSIO SECVNDA.

Die Martis 29. Maij 1714.

NOS PETRVS BARBADICVS Miſeratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primas, &c.

NOſtram primam Diœceſanam Synodum Diuina favente Gratia inceptam proſequi volentes, & intendentes, innouamus in primis, ac pro innouatis habentes relegi, ac publicari mandamus omnia, & ſingula Decreta heſterna die lecta, & publicata, ad effectum vt etiam in præſenti debitam ſortiantur obedientiam, ità vt ſc. nemini præiudicium generetur ſi ſuo loco, & Sede non ſiſtat, neque liceat alicui, ſine licentia ab Eccleſia diſcedere, niſi ſeſſione abſoluta, & Benedictione obtenta. Mandamus igitur omnes, & ſingulos, qui intereſſe tenentur, publicè vocari, contumaces punctari, & fidei profeſſionem emitti ab ijs, qui alias forſan in præſenti ſeſſione, vel in alia Diœceſana Synodo non emiſerunt.

De-

Deputatio Iudicum Synodalium.

CONciliari dispositione sancitum est, vt in quacunque Diœcesi aliquæ personæ Ecclesiasticæ designentur, quæ præter Ordinarium loci, delegari, & deputari possint ad causas Ecclesiasticas, & Spirituales, & ad Forum Ecclesiasticum pertinentes, cognoscendas, & definiendas. Hæc autem Personarum designatio in quacunque Diœcesana Synodo facienda præscribitur à Sacrosancto Conc. Trid. *sess.24.cap.* 10. earumque qualitates, quæ esse debeant, definit Constitutio Bonifacii Papæ VIII. *in cap. Statutum de Rescriptis in 6.* Quare ne quid prætereamus eorum, quæ Nobis imposita sunt, Deputauimus, ac designauimus, prout deputamus, ac designamus in Iudices Synodales infrascriptas Personas, quas per Lectorem Synodi publicari mandamus, summoperè sperantes in earum probitate, indoneitate, & scientia, ad occurrendum litigatorum artibus, quandocunque opus fuerit, & ad causas fine debito terminandas, sublata prorsùs quacunque defatigatione.

Iudices Synodales:

ADm. R. & Exc. D. Marcus Antonius Ferro I. V. D. Proth. Apost. Vicarius Generalis Patriarchalis.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Gaspari I. V. D. Proth. Apost. Canonicus Ducalis Ecclesię Sancti Marci, Plebanus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ Sanctæ Fuscæ Pro-Vicarius Generalis Patriarchalis.

Adm. R. & Exc. D. Antonius Bettolli I. V. D. Vicarius Perpetuus Ecclesiæ Vicarialis Parochialis, & Collegiatæ Sancti Bartholomæi, Canonicus Ecclesiæ Patriarchalis, & Auditor Generalis Patriarchalis.

Admod. Reu. & Exc. D. Iacobus Zoppellius S. Th. Doct. Archidiaconus Ecclesię Patriarchalis.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Antonius Zampelli I. V. D. Proth. Apost. Ecclesię Ducalis S. Marci Canonicus, Archipręsbyter Ven. Congregationis S. Lucę, Ecclesię Paroch. & Collegiatę S. Panthaleonis Plebanus, nec non Curię Metropolitanę Aquileiensis Auditor Generalis.

Adm. R. & Exc. D. Antonius Zampironi S. Th. D. Vicarius Ecclesię Ducalis Sancti Marci, Plebanus Ecclesię Parochialis, & Collegiatę S. Iuliani.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Antonius Marchi I. V. D. Ecclesię Parochialis Collegiatę, & Matricis S. Marię Iubenicorum Plebanus, Vicarius Generalis Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Marci Iustiniani Episcopi Turcellani.

Adm. Reu. & Excell. D. Franciscus Tamban I. V. D. Pręsbyter Titulatus Ecclesię Parochialis, & Collegiatę Sancti Iuliani.

Pro

Pro Examinatoribus Synodalibus.

MEminimus anteà, & neminem etiam in pręsenti latet, quanta Nobis sit Synodalium Examinatorum restrictio, & necessitas, eidem propterea occurrentes, & Sacri Conc. Trid. Decreto *sess. 24. cap. 18. de Reform.* parere curantes, Examinatores ab hac Synodo approbandos proponimus, qui succedente Beneficiorum vacatione officium suum, quandocunque aliqui eorum à Nobis inuitati fuerint, adimpleant, & coram Nobis, seu Vicario Nostro Generali electorum examen perficiant. Eosdem igitur in Apodixia contentos, & publicandos nominamus, ad effectum, vt singuli per secreta suffragia eligantur; Declarantes, quòd ii tantùm ab hac Synodo approbati, & electi censeantur, qui vltra dimidiam votorum partem obtinuerint, & reportauerint, & hi successiuè iurare debeant ad Sancta Dei Euangelia, se quacunque humana affectione postposita munus suum fideliter executuros.

In numeratione verò, & recognitione Votorum pro Examinatoribus ab hac Synodo approbandis designamus, & deputamus

Adm.R. & Exc. D. Antonium Zampironi Plebanum Sancti Iuliani.

Adm. R. & Exc. D. Antonium Manzoni Plebanum S. Geminiani.

Adm.R. & Exc. D. Ioannem Ghirardi Plebanum S.Marię Nouę.

Ap-

Approbati autem fuerunt ab hac Synodo infrascripti

EXAMINATORES SYNODALES.

ADm. R.& Exc. D. Iacobus Zoppellius S. Th. Doct. Archidiaconus Ecclesiæ Patriarchalis.

Adm. R. D. Angelus Rinaldi Archipręsbyter Ecclesiæ Patriarchalis.

Adm. R. & Exc. D. Petrus Grandi S. Th. D. Canonicus Ecclesiæ Patriarchalis.

Adm. Rev. & Exc. D. Hieronymus Boldù S. Th. D. Canonicus Theologus Ecclesiæ Patriarchalis.

Adm. R. D. Dominicus Boas Sub-Canonicus Ecclesiæ Patriarchalis.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Antonius Zampelli I. V. D. Proth. Apost. Ecclesiæ Ducalis S. Marci Canonicus, Archipræsbyter Ven. Congregationis S. Lucæ, Ecclesiæ Paroch. & Collegiatæ S. Panthaleonis Plebanus, nec non Curiæ Metropolitanæ Aquileiensis Auditor Generalis.

Adm. R. D. Ioseph Sandini Plebanus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Samuelis.

Adm. R. D. Theodorus Tessari Canonicus Ecclesiæ Ducalis S. Marci, Parochialis, & Collegiatę S. Vitalis Plebanus, & Archipręsbyter Venerandæ Congregationis Sanctorum Hermacoræ, & Fortunati.

Adm. R. D. Dominicus Bombarda Canonicus Ecclesiæ S. Marci, Archipræsbyter Vener. Congregationis S. Mariæ Formosę Plebanus Ecclesię Parochialis, & Collegiatę Sancti Simeonis Prophetę.

Adm.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Gaſpari I. V. D. Prothonotarius Apoſt. Canonicus Eccleſię Ducalis S. Marci, Plebanus Eccleſię Parochialis, & Collegiatæ S. Fuſcæ, Pro-Vicarius Generalis Patriarchalis.

Adm. R. & Exc. D. Antonius Bettolli I. V. D. Vicarius Perpetuus Eccleſiæ Vicarialis Parochialis, & Collegiatæ Sancti Bartholomæi, Canonicus Eccleſiæ Patriarchalis, & Auditor Generalis Patriarchalis.

Adm. R. & Exc. D. Antonius Manzoni I. V. D. Canonicus Eccleſiæ Ducalis, & Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Geminiani.

Adm. R. & Exc. D. Antonius Zampironi S. Th. D. Vicarius Eccleſiæ Ducalis Sancti Marci, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Iuliani.

Adm. R. D. Paulus Soldati Plebanus Eccleſiæ Parochialis Ss. Viti, & Modeſti.

Adm. R. & Exc. D. Franciſcus Ricardi S. Th. D. Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Mariæ Magdalenæ.

Adm. R. & Exc. D. Laurentius Lazari I. V. D. Canonicus Eccleſiæ Ducalis S. Marci, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Pauli.

Adm. R. D. Marcus Simonetti Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Euphemiæ in Iudaica.

Adm. R. D. Ioſeph Fedrici Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ Sancti Hieremiæ.

Adm. R. D. Bartholomæus Petricini Plebanus Eccleſię Parochialis, & Collegiatæ S. Ioannis in Oleo.

Adm. R. D. Ioannes Baptiſta Rota Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Leonis.

Adm. R. & Exc. D. Marcus Antonius Gaſparini S. Th. D.

Ple-

Plebanus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ Sancti Martini.

Adm. R. D. Andreas Galli Plebanus Ecclesię Parochialis, & Collegiatæ S. Eustachii.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Gerardi I. V. D. Plebanus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Mariæ Nouæ.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Antonius Marchi I.V.D. Plebanus Ecclesiæ Paroc. Coll. & Matricis S. Mariæ Iubenicorum, Vicarius Generalis Curiæ Episcopalis Turcellanæ.

Adm. R. D. Ioannes Baptista Mondini Primus Præsbyter Titulatus Ecclesię Parochialis, & Collegiatę S. Margaritę, Archipræsbyter Ven. Congregationis S. Angeli.

Adm. R. D. Nicolaus Ceresato Primus Presbyter Titulatus Ecclesię Parochialis, & Collegiatæ S. Agnetis, Canonicus Ducalis Ecclesię S. Marci.

Adm. R. & Exc. D. Angelus Zanardi I.V.D. Primus Præsbyter Titulatus Ecclesię Parochialis, & Collegiatæ Sancti Thomę Apostoli, Sub-Canonicus Ecclesiæ Ducalis S. Marci.

Adm. R. & Exc. D. Franciscus Tamban I. V. D. Quartus Præsbyter Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatę Sancti Iuliani.

Adm. R. & Exc. D. Stephanus Stephanini I. V. D. Proth. Apost. Diaconus Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatę S. Moysis.

Adm. R. D. Gaspar Boschetti Primus Præsbyter Titulatus Ecclesiæ Sancti Augustini.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes de Tertiis I. V. D. Diaconus Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatę S. Cassiani.

Adm.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Baptista Sorari I. V. D. secundus Diaconus Titulatus Ecclesiæ Vicarialis Parochialis, & Collegiatæ S. Bartholomæi.

Adm. R. D. Laurentius de Gobbis Diaconus Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Ioannis in Bragora.

Adm. R. D. Laurentius Licini I. V. D. Sub-Diaconus Titulatus Ecclesiæ Paroc. Coll., & Matricis S. Syluestri.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Maria Morati I. V. D. Sub-Diaconus Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Cassiani.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes de Comitibus I. V. D. Alumnus Ecclesiæ Patriarchalis.

Electi, & approbati ab hac Synodo pro Reuisione Computorum Seminarij.

Illustriss. & Reuerendiss. D.D. Patriarcha, &c. Mandauit proponi huic Synodo nominatos, & electos ad reuisionem computorum Seminarij, tàm pro parte Ven. Capituli Ecclesiæ Patriarchalis, quàm pro parte Ven. Cleri, ad effectum, vt ab eadem Synodo per verbum Placet approbentur.

Illicò Lector publicauit Electos pro parte Venerandi Capituli, & sunt

Adm. R. & Exc. D. Hieronymus Boldù S. Th. D. Canonicus Theologus Ecclesiæ Patriarchalis.

Adm. R. D. Ioannes Baptista Ferretti Canonicus Ecclesiæ Patriarchalis.

Pro parte verò Venerandi Cleri ſunt.

Adm. R. D. Hyppolitus Graſſeni primus Præsbyter Titulatus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ Sancti Moyſis.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Baptiſta Sorari I. V. D. ſecundus Diaconus Eccleſiæ Vicarialis Parochialis, & Collegiatæ S. Bartholomæi.

Quos omnes Synodus approbauit.

Deputati in Viſitatores Sexteriorum.

AD diligenter inuigilandum quod Decreta Viſitationis Apoſtolicæ, & Prædeceſſorum Noſtrorum debitæ executioni mandentur, fuit per eoſdem Prædeceſſores Noſtros optimè prouiſum in deſignatione, & deputatione duorum Viſitatorum pro quolibet Sexterio, quorum officium, & diligentia eſſet ea omnia præcipuè, quæ in Synodo Priola *conſt*. 46. preſcripta ſunt adimplere, & adimpleri curare. Laudabile igitur hoc inſtitutum Nos pariter ſeruantes nominamus, & deputamus in Viſitatores Sexteriorum infraſcriptas reſpectiuè Perſonas Nobis benè viſas, quas per Lectorem

ctorem promulgari Mandamus, & ſunt ſubſequentes.

In Sexterio Caſtelli.

Adm. R. D. Bartholomæus Petricini Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Ioannis in Oleo.

Adm. R. & Exc. D. Marcus Antonius Gaſparini S. Th. D. Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Martini.

In Sexterio Sancti Marci.

Adm. R. & Exc. D. Antonius Manzoni I. V. D. Plebanus Eccleſię Parochialis, & Collegiatæ Sancti Geminiani, Eccleſiæ Ducalis S. Marci Canonicus.

Adm. R. & Exc. D Antonius Zampironi S. Th. D. Vicarius Eccleſiæ Ducalis S. Marci, & Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatę S. Iuliani Plebanus.

In Sexterio Canalis Regij.

Adm. R. D. Ioſeph Fedrici Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Hieremiæ.

Adm. R. & Exc. D. Ioannes Gerardi S. Th. D. Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ Sanctæ Mariæ Nouæ.

In Sexterio Sancti Pauli.

Adm. R. & Excell. D. Laurentius Lazari I. V. D. Plebanus S. Pauli.

Adm. R. D. Petrus Gobbati, Plebanus Ecclesiæ Parochialis, et Collegiatæ S. Thomę Apostoli, nec non Archipræsbyter Ven. Congregationis *S. Pauli*.

In Sexterio Sanctæ Crucis.

Adm. R. D. Dominicus Bombarda Plebanus Ecclesiæ Parochialis, et Collegiatæ Sancti Simeonis Prophetę, Ecclesię Ducalis S. Marci Canonicus, et Archibręsbyter Ven. Congregationis S. Mariæ Formosæ.

Adm. R. D. Andreas Galli Plebanus Ecclesię Parochialis, et Collegiatæ S. Eustachij.

In Sexterio Dorsi Duri.

Adm. R. D. Paulus Soldati Plebanus Ecclesiæ Parochialis Ss. Viti, et Modesti.

Adm. R. D. Marcus Simonetti Plebanus Ecclesię Parochialis, et Collegiatæ Sanctę Euphemiæ in Iudaica.

De-

Deputatio Magistrorum super Sacris Missæ Cæremonijs, ac Ritibus seruandis.

IN Publicis Nostris Edictis aliàs Deputauimus, & designauimus plures Examinatores, qui Sacerdotes, seu Præsbyteros, antequam ad Celebrandum admitterentur, diligenter examinarent super eorum peritia in Ritibus pro Missarum Celebratione peragendis; eosdem etiam in præsenti Synodo confirmantes, & pro designatis, & deputatis haberi mandamus, & sunt

Adm. R. D. Archidiaconus Ecclesię Nostræ Patriarchalis.
Adm. R. D. Vicarius Perpetuus S. Bartholomæi.

Adm. RR. DD. Plebani.

S. Cassiani.
S. Simeonis Prophetæ.
S. Hieremiæ.
Ss. Viti, & Modesti.
S. Euphemiæ in Iudaica.
S. Geminiani.
S. Pauli.

Quibus adiicimus Adm. RR. Plebanos.

S. Iuliani.
S. Fuscę.
S. Martini.

DE-

DECRETVM

Contra Abſentes.

ILluſtriſs. & Reu. D. D. Patriarcha, &c. Contra abſentes, & qui legitimam abſentię cauſam, ſeu excuſationem per ſe, vel per alium non attulerunt, procedi Mandauit ad normam Iuris, & formam Sacrorum Canonum.

Indictio futuræ Seſſionis.

ILluſtriſs. ac Reuerendiſs. D. D. Patriarcha, &c. Tertiam huius Synodi ſeſſionem indixit pro die craſtina de mane, quæ erit 30. labentis Menſis Maij, hora tertiarum, vel circiter, & monuit omnes, & ſingulos ad intereſſendum, prout in Edicto Indictionis aliàs publicato quod renouauit, & renouat, quatenus opus ſit, in omnibus ſuis partibus, ac modo, & forma, nec non ſub pœnis in eodem expoſitis, atque contentis.

Finis Secundæ Seſſionis.

SY.

SYNODI
DIOECESANÆ VENETÆ
SESSIO TERTIA,

Habita die Mercurij 30. Mensis Maij 1714.

ILlustriss. & Reuerendiss. D. D. Patriarcha, &c. procedendo ad Tertiam Sessionem huius Synodi Diœcesanæ, Mandauit in primis, & ante omnia denuò publicari Decreta in Superioribus Sessionibus emanata, præcipiendo omnimodam eorundem executionem, & sunt

De Praiuditio non afferendo.
De Clero vocando.
De non discedendo.
De Fidei Professione emittenda.

Quæ omnia in executionem præfati Decreti per Lectorem fuerunt successiuè lecta, & alta, ac intelligibili voce publicata.

DECRETVM

Pro Confirmatione Veterum Constitutionum, & Promulgatione Nouarum.

Recto Ecclesiarum gubernio, Sacerdotum disciplinæ, ac Animarum saluti, quis nesciat abundè consuluisse Prædecessorum Nostrorum Sanctiones, & Synodalia Decreta? Ad vestram propterea notitiam deducimus, mentis, animique Nostri fuisse, & esse firmum propositum, Constitutiones, & Decreta Synodalia ab Antecessoribus Nostris emanata, & promulgata, non solum ea, quæ Apostolicis Constitutionibus, Sacri Concilij Tridentini, & Visitationis Apostolicæ Decretis contraria non sunt; verùm etiam, si quæ omissa, & contrario vsu neglecta, vel ob temporis iniuriam, rerumque vicissitudines, non ea, qua opus fuerat, & est diligentia seruata, & adimpleta, ad integram, ac plenam obseruantiam, & executionem denuò redigere, innouare, & confirmare, prout præsentibus nostris Synodalibus Constitutionibus redigimus, innouamus, & confirmamus. Abusus verò prauasque consuetudines, & corruptelas, si quæ irrepserint, & Constitutionibus ipsis contrarientur tollimus, extinguimus, abolemus, & penitùs abrogamus, ac pro sublatis omninò decernimus, adeò vt nullum effectum quocunque modo, & forma in Iuditio, & extrà in posterum operentur, ac obtineant, nec vllatenùs sortiantur

tiantur, & ſortiri poſſint. In eorundem igitur Prædeceſſorum Noſtrorum Decretis verſantes, ea quæ ſequuntur præcipuè renouanda fore, & eſſe cenſuimus pro inuiolabili eorum executione.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

CVm ſine Baptiſmi Sacramento, quo Originalis, & actualis culpa diluitur, fomes mitigatur, Gratia confertur, Fides datur, ac Dei filii renaſcimur, nemini ad vitam æternam aditus pateat; proindè facilis, accurata, prompta, & omninò parata eſſe debet huius Sacramenti adminiſtratio.

Quapropter ne muneri Noſtro deficere videamur, Prædeceſſorum Noſtrorum veſtigia ſequentes, eorumque Decreta confirmantes, ſtatuimus in primis, atque præcipimus, ne Pater, aut Mater propter negligentiam, & abſque vlla legitima, & rationabili cauſa, vltrà octo dies differant, deferre Infantulum natum ad Eccleſiam, pro ſuſcipiendo huiuſmodi Sacramento, quod ne ignoretur à Parocho, Obſtetricibus pariter præcipimus, vt ipſum Parochum moneant die ſequenti de ortu Infantis.

Nunquam adminiſtretur hoc Sacramentum domi,

nisi in casu necessitatis, in quo Parochus (si fieri possit) haberi debeat, sin minus ea conditione seruata, vt Sacerdos Parocho, Sacerdoti Clericus, Clerico Laicus, & Viro mulier officium cedat, dummodò baptizandi modum, & formam ritè calleant.

Prætereà Parochus docebit, præsertim Obstetrices omnes in sua Parochia degentes, easque diligenter instruet, ut in hoc Sacramento ministrando, præmittant actum intentionis faciendi, quod facere intendit Ecclesia, & hanc vnam esse inalterabilem formam, Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & hæc verba esse proferenda in actu ablutionis capitis Infantis ter in modum Crucis ad Personarum Sanctissimæ Trinitatis distinctionem exprimendam.

Id etiam Obstetricibus plurimùm iniungendum est, vt Mulieres prægnantes, præsertim in criminum sordibus torpere assuetas, consulant, & excitent ad confitendum peccata sua, & spirituale Animæ remedium suscipiendum, antequam parturiendi tempus immineat, & forsan ob difficilem partum in discrimine vitæ versentur, quod si recusauerint, aut distulerint adimplere, Parochum, in cuius Parochia Mulieres huiusmodi commorantur, piè, ac secretò admoneant, vt pro sua prudentia cautè deliberet, quod ipsi magis expedire videbitur, ne pereat Ouis sibi commissa.

Si Infans Baptizatus in privatis ædibus mortis euadat periculum, intra octo dierum spatium similiter deferatur ad Ecclesiam pro supplendis Exorcismis, Cathechismo, Vnctionibus Sacris, alijsque Cæremonijs à Sancta Ecclesia Catholica præscriptis.

Delato Paruulo ad Ecclesiam Obstetrix eius interrogetur

getur, an fuerit baptizatus ab eadem, vel ab alia Persona, & quænam fuerit; ità ut Parochus certus reddatur; qua materia, & forma vsa sit, & quibus presentibus; quod si dubitari contingat de validitate Baptismi, baptizetur sub conditione.

Nomina verò, & cognomina Infantis, eiusque Parentum, ac suscipientium, & Obstetricis, non recipiantur, nec describantur à Clericis, sine assistentia Parochi, vel alterius de eius licentia tale Baptisma ministrantis, manibus inde eiusdem Parochi describenda in Libro Baptizatorum iuxtà formulam aliàs à Synod. Const. prescriptam, quam omninò obseruari mandamus.

Omnia denique, quę de hoc Sacramento à Constitutionibus Patriarchalibus, & præsertim Constit. Mauroc. in secunda Synodo prescripta, mandata, & statuta sunt, ab omnibus Parochis diligenter considerentur, ac omnibus, & singulis suis partibus executioni mandentur.

DE
SACRAMENTO
CONFIRMATIONIS.

INest cuique Sacramento ſua peculiaris virtus, Baptiſmi lauacro regeneramur ad vitam, Sacri Chriſmatis vnctione per Confirmationem roboramur ad pugnam, & ita ſolidamur in Fide, vt quamuis Diaboli inſidiæ contra nos arma ſumant, tamen fortiſſimè reſiſtamus, ac validiſſimè dimicemus.

Licet autem ex Fide certum ſit Ordinarium huiuſce Sacramenti Miniſtrum eſſe ſolum Epiſcopum, Parochi nihilominus officium erit inſtruere Fideles in ijs, quæ ſpectant ad illud dignè, & fructuosè ſuſcipiendum.

Omnes propterea Parochos, & Eccleſiarum Rectores in Domino hortamur, & monemus, vt quam primum nouerint Pueros vſum rationis habere, eos præcipuè inſtruant, quanti ab eis facienda ſit huius Sacramenti virtus, & efficacia ad reſiſtendum Dœmonum tentationibus, & de inimicis noſtris victoriam referendam, & Parentibus ſeriò inſinuent, eoſdemque ſeriò moneant, vt proprios Filios hoc Sacramento muniri, diligentiſſimè current.

Inſuper doceant Sacramentum hoc, in Fide, & charitate eſſe ſuſcipiendum, pręmiſſa videlicet, ſi opus ſit, Sacramentali Confeſsione peccatorum, quibus infecti

fecti sunt, ne dum arma parant ad pugnandum, ipsi spiritualiter prosternantur.

Omni prorsus animi humilitate, & corporis modestia ad illud accedendum esse, seclusa omni pompa, ac superfluo ornatu, tum à confirmandis, tum à Patrinis.

Semel susceptum iterari minimè posse ex vi Spiritualis characteris Animæ indelebiliter impressi. Si verò contigerit aliquem nescire, an susceperit nec ne tale Sacramentum ad Nos, seu Vicarium Nostrum Generalem remittant ad effectum, vt consideratis considerandis deliberetur quidquid magis expedire videbitur.

Animaduertant etiam Fideles, per hoc Sacramentum contrahi cognationem Spiritualem inter Patrinum, & Confirmatum, illusque Patrem, & Matrem, quam tamen non contrahit Patrinus, qui non fuerit Sacramento Confirmationis munitus, prohibemus, propterea ijs, qui non sunt Confirmati Patrini vnus exercere, seu suscipere.

D E

DE SANCTISSIMO EVCHARISTIÆ SACRAMENTO.

PRetiosissimum Eucharistię donum, quod à Christo Domino ad sempiternam suæ acerbissimę Passionis memoriam recolendam Nobis est elargitum, Sacramentorum omnium Sacramentum à Sanctis Patribus optimè nuncupatur. Propter enim nimiam charitatem, qua dilexit Nos ad nostræ virtutis incrementum, & ad Diuini Amoris Spiritum fouendum, aliaque Cœlestia dona impertienda, hoc Sacramentũ, Redemptor Noster instituit, & eius Amoris certum Pignus dimisit, seipsum relinquens pro mortalium salute, & Animarum alimento.

Idcircò tanti Mysterij dignitas postulat, ut insigni Pietate, Religione, Sanctitateque tractetur à Parochis, & Sacerdotibus, qui omni solertia adhibita, hoc Venerabile Sacramentum, non solùm frequentissimè ministrent, sed etiam pijssimè suscipiant.

Plurimùm propterea Nostra interest, vt eorum, quæ circa hoc Venerabile Sacramentum aliàs præscripta sunt, siue in eo peragendo, siue ministrando, aut etiam custodiendo, seu etiam publicè Fidelium venerationi exponendo, plurima Parochis commendemus, quæ omni prorsus diligentia adimpleantur.

Qua-

Quamobrem id magnopere pręcipimus, vt in Parochialibus Ecclesijs, alijsque omnibus, in quibus Sacrosancta Eucharistia die, noctequc asseruatur, vna saltem Lampas ardens ante Altare semper retineatur, ita vt nulla diei, vel noctis hora sine lumine permaneat.

Tabernaculum, in quo custoditur, ornatissimum sit, quantum fieri potest, omninò firmum, & solidum, ac etiam tutò clausum; Clauis autem apud se continuò Parochus, aut Sacrista retineat, vel in loco omnino tuto reponatur, & custodiatur.

Intrinsecus circumuestitum sit panno serico, & in eius solo stratum semper sit Corporale candidum, quod totum ipsum solum cooperiat.

Ostiolum sit omnimodè aptatum, ita vt prorsùs nulla rimula appareat.

Conopæo congruentis coloris pro ratione temporis, & dierum exigentia Tabernaculum ipsum ab exteriori parte sit vestitum.

Sanctissimum verò Sacramentum non asseruetur in hostia magna, nisi quando publicæ Venerationi esset exponendum, aut in publicis Processionibus deferendum, sed tantum in Particulis eo numero, qui videatur sufficere, hac habita ratione, vt octauo saltem die per Parochum renouentur.

Vasculum interius, & exterius leuigatum non tamen vitreum, nec terreum, quod omnimodè prohibemus, sed Argenteum cum suo operculo, in Cornu Epistolæ propè Tabernaculum semper retineatur cum aqua munda, ad purificandos digitos quandocunque fuerit ministrata Sanctissima Eucharistia; aqua verò

ipsa

ipsa sæpissimè fundatur in Sacrarium; & renouetur.

In delatione verò hujus Sanctissimi Sacramenti ad Infirmos, præter ea, que in Rituali Romano præscribuntur, hęc sit Parochi solicitudo, & diligentia, vt de mane, si fieri potest, & tempus patiatur, ante horam Tertiarum, vel circiter deferatur, conuocato prius populo per solitum Campanæ signum; quinimò etiam introductam iam in quibusdam Ecclesijs Nostris consuetudinem summoperè laudamus, qua pręcedenti die de serò post sonitum Salutationis Angelicæ pariter præmonentur Fideles per aliquod Campanæ ictus de hoc Sanctissimo Viatico Infirmis deferendo, & ministrando, quo signo Fideles ipsi vigilantiores fiunt, & parati subsequenti mane ad hoc Sacramentum debita reuerentia, & decore consociandum; eundem propterea laudabilem usum mandamus in omnibus Ecclesijs Parochialibus nobis subiectis inuiolabiliter obseruari.

Hortamur etiam, & enixè præcamur omnes Christi-Fideles cuiuscunque Parochię, præcipuè verò Confraternitati Sanctissimi Sacramenti adscriptos, vt piè, ac deuotè singuli interueniant, & Regem Regum, Cœlique, & Terrę Dominum, cum suis cereis, seu intortitijs accensis comitentur.

Sacerdotes verò Ecclesiæ Parochialis, à qua Sanctissimum Sacramentum, prout supra deferri contigerit, Alumnos, & inseruientes seriò monemus, eisdemque pręcipimus, vt induti superpeliceis, & capite prorsùs aperto sub pœnis arbitrio Nostro benè visis, omnique pietate, modestia, & decore conueniant, & bini

bini pręcedant Parochum, Sacram Pyxidem deferentem; eorum etenim est; non minus verbo, quàm opere, & exemplo cæteros Christi-Fideles excitare ad debitum obsequium præstandum tam Venerabili Sacramento.

Clericis autem quibuscunque pręcipimus sub pęnis Arbitrio Nostro, Nobisque bene visis, vt nisi aliqua legitima causa à Parocho cognoscenda (cuius conscientia oneratur) impediti fuerint, semper interueniant, Psalmos, & Preces cum omni modestia recitantes.

Alter verò eorum deferat paruulum Tabernaculum decenter elaboratum, auroque linitum, super mensa linteo mundo cooperta, & in cubiculo Infirmi iam parata, collocandum, in quo Parochus Sanctissimā Pixidem decentissime deponat.

In redeundo ad Ecclesiam idem ordo, eademque modestia, & Pietas seruetur, ac reposita super Altare Sacra Pyxide, ac existente vniuerso Populo in Adoratione, cęterisque Sacris Ritibus antè Benedictionem peractis, Indulgentiæ à Summis Pontificibus concessę annuncientur, & commendentur populo aliquæ piæ Orationes prò Infirmis Sacra Communione refectis, & recitetur Salue Regina, prò felici statu huius Ser. Rep.

Quandocunque Pueri ad rationis vsum peruenerint, inuitari, seu excitari debent à Parochis, aut ab eorum Confessarijs ad Sacram Communionem sumendam, sed antequam admittantur, diligenter instrui debeant in ijs, quæ ad tanti Sacramenti virtutem, & excellentiam cognoscendam, & vberrimos eiusdem fructus percipiendos spectant, nec non quanta pietate, deuotione, & animi reuerentia sit accedendum: ne autem omittatur opus tam laudabile, & necessariū, pręcipimus, & mandamus

G vt

vt occasione explicationis Christianæ Cathechesis pro adultis, quæ fieri solet in qualibet ferè Ecclesia Parochiali, sæpè sæpiùs fiat huiusmodi instructio, ac etiam tempore Quadragesimę, statutis diebus, loco, & hora excitentur præfati Pueri ad conueniendum pro audienda, & percipienda huiusmodi instructione ita tamen, vt Masculi à Fœminis separentur.

Hæc autem instructio facienda erit à Parocho, siue ab alio Sacerdote eidem bene viso, qui facili, & breui methodo, rudibus ingeniis communicare possit omnia scitu necessaria, præcipuè verò, quod verè, *realiter*, & substantialiter in hoc Sacramento continetur, & dispositiones, tum ex parte Corporis, tum ex parte Animæ requisitas, antequam quis cuiuscumque gradus, & conditionis sit, ad Sacram Synaxim dignè suscipiendam accedat.

Vlterius etiam explicabit vberrimos fructus, & salutares effectus huius Diuinissimi Sacramenti, in quo Fons ipse gratiarum, & omnium Charismatum, ac donorum Cœlestium continetur, quos tamen certo certiùs tenendum est non elargiri, nisi ritè dispositis, quinimmò indignè manducantes hunc Panem Angelorum reos esse, ex Testimonio D. Pauli Cor. 11., Corporis, ac Sanguinis Domini, puniendos scilicet, ac si Christum occidissent.

Statuimus subindè, atque mandamus, quod nunquam in Altare Sanctissimum Sacramentum populo adorandum exponatur, nisi impetrata prius à Nobis, seu Vicario Nostro Generali debita licentia, & facultate, quandocumque autem hæc obtenta fuerit, siue causa Orationis, quæ Quadraginta Horarum nuncupatur

patur, siue alia graui, iusta, & rationabili causa, præcipimus, vt alternis horis, duo saltem Clerici genuflexi ante Altare Sanctissimum Sacramentum adorent, precesque effundant.

In reliquis autem, quæ hoc Venerabile Sacramentum, siue ministrandum, siue suscipiendum respiciunt, ea omnia quæ à Cathechismo Romano, Constitutionibus Apostolicis, Visitatione Apostolica, & Synodalibus Prædecessorum Nostrorum Decretis præscripta fuere, omninò seruentur, & inviolabilitèr adimpleantur.



DE POENITENTIÆ SACRAMENTO.

IVdiciaria illa poteſtas à Chriſto Domino Sacerdotibus tradita ad remittenda peccata, virtus Clauium nuncupatur ex eo, quod Chriſtus dixit Petro: *Tibi dabo Claues Regni Cœlorum*. Cum autem duæ ſint huiuſmodi Claues, quibus Cœli Ianua lapſis in peccatum poſt Baptiſmum aperitur; altera ſcilicet ſcientiæ, quæ eſt facultas diſcernendi inter lepram, & lepram; altera verò poteſtatis ſoluendi, & ligandi; maxima requiritur attentio, & diligentia in hoc Sacramento miniſtrando, vt concurrente vna, altera non deficiat.

Sicuti enim inter cætera Sacramenta, quæ populo Dei miniſtrantur in Eccleſia; nullum magis neceſſarium videtur, quàm Pœnitentiæ Sacramentum, quia nulla prorſus alia ratione remitti poſſunt peccata, ita pariter ſi negligenter, vel imperitè miniſtretur, Sacramentorum nullum eſt, quod eo facilius inutile euadat ſuſcipientibus, & miniſtrantibus pernicioſum. Ne igitur maximum hoc Animarum Chriſti detrimentum ſentiamus ſolicitudo Noſtra ea eſſe debet, vt ij tantum Sacerdotes ad Confeſſiones Sacramentales audiendas admittantur, qui doctrina, prudentia, moribus, & charitate præfulgeant, & concreditis animabus ſalutaria præſtent adiumenta.

Mo-

Monemus igitur omnes, & quoscunque Parochos, & Ecclesiarum Rectores, nec non Regularium quorumcunque Superiores, eisque plurimum commendamus, vt quandocunque aliquo Confessario pro suis Ecclesijs indigeant, qui in audiendis Sacramentalibus Confessionibus partem solicitudinis eorum sustineant, eos Nobis præsentent, qui Doctrina, morumque probitate, ac prudentia præditi, dignè, & laudabiliter, tam graue ministerium adimpleant.

Notum autem facimus omnibus, & singulis eorum, qui fuerint, sic vt præmittitur, præsentati, siue Sacerdotes Sæculares, siue Regulares, cuiuscunque Ordinis, gradus, dignitatis, & conditionis fuerint, facultatem necessariam à Nobis minimè impetraturos esse, nisi debiti examinis experimentum subierint, & de opportuna eorundem doctrina, & habilitate constiterit.

Quilibet verò Sacerdos Sæcularis ab examine etiam subeundo, se repellendum esse certò sciat, nisi per legitimas Attestationes Nobis constare fecerit; Primò quòd ætatem saltem triginta annorum adimpleuerit.

Secundò quod interuenerit Congregationibus Casuum conscientiæ in suo Sexterio peractis.

Tertiò quod Christianam Cathechesim in aliqua Schola, statutis diebus docuerit.

Quartò quod Spiritualia decem dierum exercitia semel saltem in anno, aut peregerit, aut ex tunc se acturum promiserit: præterquam quod diligenter etiam inquiremus super eiusdem vita, moribus, & prudentia ad intelligendum, & noscendum quantum humana imbecillitas noscere sinit, an proficere possit Animarum saluti in eo Ministerio suscipiendo.

Con-

DE POENITENTIÆ SACRAMENTO.

IVdiciaria illa poteſtas à Chriſto Domino Sacerdotibus tradita ad remittenda peccata, virtus Clauium nuncupatur ex eo, quod Chriſtus dixit Petro: *Tibi dabo Claues Regni Cælorum*. Cum autem duæ ſint huiuſmodi Claues, quibus Cœli Ianua lapſis in peccatum poſt Baptiſmum aperitur; altera ſcilicet ſcientiæ, quæ eſt facultas diſcernendi inter lepram, & lepram; altera verò poteſtatis ſoluendi, & ligandi; maxima requiritur attentio, & diligentia in hoc Sacramento miniſtrando, vt concurrente vna, altera non deficiat.

Sicuti enim inter cætera Sacramenta, quæ populo Dei miniſtrantur in Eccleſia; nullum magis neceſſarium videtur, quàm Pœnitentiæ Sacramentum, quia nulla prorſus alia ratione remitti poſſunt peccata, ita pariter ſi negligenter, vel imperitè miniſtretur, Sacramentorum nullum eſt, quod eo facilius inutile euadat ſuſcipientibus, & miniſtrantibus perniciosum. Ne igitur maximum hoc Animarum Chriſti detrimentum ſentiamus ſolicitudo Noſtra ea eſſe debet, vt ij tantum Sacerdotes ad Confeſſiones Sacramentales audiendas admittantur, qui doctrina, prudentia, moribus, & charitate præfulgeant, & concreditis animabus ſalutaria præſtent adiumenta.

Mo-

Monemus igitur omnes, & quoſcunque Parochos, & Eccleſiarum Rectores, nec non Regularium quorumcunque Superiores, eiſque plurimum commendamus, vt quandocunque aliquo Confeſſario pro ſuis Eccleſijs indigeant, qui in audiendis Sacramentalibus Confeſſionibus partem ſolicitudinis eorum ſuſtineant, eos Nobis præſentent, qui Doctrina, morumque probitate, ac prudentia præditi, dignè, & laudabiliter, tam graue miniſterium adimpleant.

Notum autem facimus omnibus, & ſingulis eorum, qui fuerint, ſic vt præmittitur, præſentati, ſiue Sacerdotes Sæculares, ſiue Regulares, cuiuſcunque Ordinis, gradus, dignitatis, & conditionis fuerint, facultatem neceſſariam à Nobis minimè impetraturos eſſe, niſi debiti examinis experimentum ſubierint, & de opportuna eorundem doctrina, & habilitate conſtiterit.

Quilibet verò Sacerdos Sæcularis ab examine etiam ſubeundo, ſe repellendum eſſe certò ſciat, niſi per legitimas Atteſtationes Nobis conſtare fecerit; Primò quòd ætatem ſaltem triginta annorum adimpleuerit.

Secundò quod interuenerit Congregationibus Caſuum conſcientiæ in ſuo Sexterio peractis.

Tertiò quod Chriſtianam Cathecheſim in aliqua Schola, ſtatutis diebus docuerit.

Quartò quod Spiritualia decem dierum exercitia ſemel ſaltem in anno, aut peregerit, aut ex tunc ſe acturum promiſerit: præterquam quod diligenter etiam inquiremus ſuper eiuſdem vita, moribus, & prudentia ad intelligendum, & noſcendum quantum humana imbecillitas noſcere ſinit, an proficere poſſit Animarum ſaluti in eo Miniſterio ſuſcipiendo.

Con-

Confessarios verò, siue Sæculares, siue Regulares, hactenùs approbatos, & qui à Nobis imposterum, vt supra, approbati fuerint, ac etiam omnes, & singulos Parochos, & Ecclesiarum Rectores monemus, vt à Casibus, quos Nobis aliàs reseruauimus, & infrà registrari mandamus, omninò abstineant, neque ab illis quemquam Fidelium, prætextu cuiuscunque facultatis, quæ à Nobis, seu Vicario Nostro Generali non fuerit impetrata, concessa, & in scriptis obtenta, absoluere audeant, sub pœnis Suspensionis à Diuinis, & alijs Arbitrio Nostro infligendis.

Extrà casum Infirmitatis, aut necessitatis Confessiones Pœnitentium, præcipuè Mulierum, audiant tantummodò in Ecclesia, non autem antè ortum, nec post occasum Solis, & in Confessionali ad hoc exposito, quod sit à parte genuflectorij Saluatoris Crucifixi, seu alia Sacra Imagine decoratum, & fenestellis lamina ferrea non oblongo foramine in modum Crucis signata, sed minutis foraminibus vndequaque terebrata munitum, ac utantur semper superpelliceo, & Stola cum Bireto Sacerdotali.

Si quos rudis ingenij forsan, ac rerum essentialium ignaros inuenerint, eos primùm faciliter, ac suauiter instruant in Mysterijs Fidei, & in Actibus præparatorijs ad Confessionem faciendam, & necessarijs ad absolutionem dignè obtinendam, quòd si temporis restrictio id fieri non permittat, benignè, ac enixè hortentur ad redeundum, vt data temporis opportunitate, in re tam gravi imbecillitati, & infirmitati eorundem optimè consulatur.

Sciant Confessarij, prout scire tenentur, Accedentibus

tibus ad hoc Sacramentum, qui in aliqua proxima, & voluntaria occasione peccandi constituti dignoscuntur absolutionem nullatenus esse impertiendam, benignè tamen, & cum charitate ad eandem omninò deferendam eosdem hortentur, vt capaces pro dicta absolutione obtinenda, & tanti Sacramenti fructu dignè consequendo reddantur.

In pessimo, ac detestabili vsu blasphemandi habituatis, etiamsi se corrigere, & emendare promittant, nullo pacto absolutionem impertiantur, sed ad aliquot dies, prout rei grauitas exigere videbitur absolutionem differant, & præmissa semper, ac insinuata aliqua graui consideratione, super tam graui scelere, & Dei offensa eos non absoluant, nisi imposita priùs graui, salutari, ac præseruatiua pœnitentia, & nisi appareat prudens spes eorum emendationis.

Si casus contigerit (quod Deus auertat) Pœnitentem fuisse ad inhonesta, & turpia ab alio Confessario solicitatam, executioni mandent ea omnia, & singula, quæ præscribuntur à Summorum Pontificum Constitutionibus desuper emanatis, quod si in re tam graui defecerint, & partes suas, prout tenentur, non adimpleuerint, debitas pœnas à præfatis Constitutionibus inflictas non euadent.

Antequam autem Confessarij se exponant ad audiendas Sacramentales Christi-Fidelium Confessiones, plurimum se Deo summo Iudici, & Cordium Scrutatori commendent aliqua pia, & breui Oratione, cuius ope, & auxilio dignè adimpleant Ministerium suum, & Animabus proficiant.

In casibus difficilioribus classicos tum Iuris, tum Ca-

nonum

nonum Doctores consulant; caueantque ab opinionibus damnatis, ijsque præsertim, quarum series in fine huius Synodi imprimetur.

Reliqua verò, quæ circà hoc Sacramentum tractanda forent, & Confessarijs commendanda in Synodalibus Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus abundè continentur, quæ omnia, & singula, *prolixitati* parcentes, omnimodè seruanda fore, & esse decernimus, præcipuè verò ea, quæ in Diœcesana Synodo Maurocena secunda de Sacramento Pœnitentiæ præscribuntur non ignorent, & quæ ad eorundem Officium pertinent exequantur.



C A-

CASVS RESERVATI.

PETRVS BARBADICVS

Miſeratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primas, &c.

PAſtoralis Noſtræ ſolicitudinis officium maximè poſtulat, vt quantùm in Nobis eſt, grauiora potiſſimùm flagitia vindicemus pœna, & reparemus medella. Hæc eſt nimirùm abſolutionis eorundem perſtricta facultas, vt eius timore perterriti aliquandò homines ab ijs perpetrandis arceantur, ſeu minimè labantur in atrociora. Quod quidem Chriſtianæ pietati, & Religioni magnoperè conſentaneum eſſe SS. Patrum traditionibus, Sanctionibus Apoſtolicis, Sacr. Concil. Trid. Decretis, & communibus exemplis firmatur. Quocircà eiuſdem Sacroſancti Concilij diſpoſitioni ſeſſione 14. de pœnit. cap. 7. inhærentes, atque Prædeceſſorum Noſtrorum exempla, & veſtigia ſectantes, Nobis caſuum infraſcriptorum abſolutionem reſeruamus, & reſeruatam eſſe declaramus, prohibentes omnibus, & ſingulis Admod. R.R. Plebanis, Canonicis, Curatis Animarum, nec non quibuſcunque alijs Sacerdotibus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus cuiuſuis Ordinis, & Conditionis exiſtant, præter Nos, ſeu Vicarium Noſtrum Generalem, nec non Pro-

uicarium, Theologum, & Pœnitentiarium Nostrum; ne sine speciali Nostra, seu Vicarij Nostri Generalis facultate, à peccatis infrascriptis quempiam absoluere audeant, sub pœnis, & censuris à Sacris Canonibus inflictis. Quæ quidem omnia, vt debitum sortiantur effectum, hanc paginam in Confessionarijs, & Sacristijs quarumlibet Ecclesiarum affigi, & affixam semper retineri mandamus.

Casus autem reseruati sunt.

1. Blasphemiæ in Deum, Beatissimam Virginem, & Sanctos.
2. Homicidium voluntarium, non solùm quò ad committentes, verùm etiam quò ad mandantes, consilium, aut adsistentiam personalem efficaciter præstantes.
3. Patris, & Matris percussio.
4. Fœdissimum Sodomiæ scelus, & quicunque concubitus consumatus contrà naturam.
5. Carnalis Copula cum Infidelibus.
6. Incestus omnes in primo, & secundo gradu consanguinitatis, & in primo affinitatis, & cognationis Spiritualis, & quicunque actus, vel attentatio malitiosa ad turpia cum Filia spirituali.
7. Diuinationes, maleficia, & quodcunque aliud genus superstitionum cum abusu Sacramentorum, Sacrarum rerum, nec non Sacrorum verborum aut rituum.
8. Quælibet impudicitia cum Monialibus peracta, vel quócunque modo attentata.

For-

Forma absolutionis Sacramentalis est huiusmodi.

Iniuncta priùs pænitenti, & ab eo acceptata salutari pœnitentia primò dicat: *Misereatur tui Omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.* Et dextera versus pœnitentem eleuata dicat: *Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi Omnipotens, & Misericors Dominus. Amen. Dominus Noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius, te absoluo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdictj in quantum possum, & tu indiges. Ego te absolà peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

Si pœnitens sit Laicus omittitur verbum *Suspensionis*. *Passio Domini Nostri Iesu Christi, & Merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & Omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augumentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.* In quorum fidem, &c.

Datum Venetijs ex Palatio Patriarchali die prima Nouembris 1706.

(PETRVS PATRIARCHA VENETIARVM, &c.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

SAnctissimus Dominus Noster Iesus Christus Ordinis Sacramentum instituit, & quasi totius Ecclesiasticæ structuræ fundamentum posuit; Sacerdotes enim suos Internuncios ad homines, atque interpretes fecit, vt eius voluntatem, & legem docerent; Vndè cum Ordinis Sacramentum eò tendat, vt per illud in Ecclesiæ ministerium illi assumantur, qui Doctrina, & Vitæ Sanctitate Altissimo famulari, sacraque munera persolvere, & in via salutis, lumen populo præferre valeant, ideò Diuina fauente Gratia commissa, & reservata Nobis erga Subditos Nostros huius Sacramenti administratio postulat, ut pro conferendis Ordinibus nemini citò manum imponamus, sed adhibito prorsus omni studio, & diligentia ex hominibus assumamus eos, qui ad solicitudines, ac labores, & ad incommoda pro Christi Domini gloria sustinenda vocantur, ita vt verè lux Mundi, & Sal Terræ futuros esse sperare possimus.

Multa propterea à Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & ab Oecumenicis Concilijs, præcipuè à Sacrosancta Tridentina Synodo præscripta fuere circa promouendos ad Ordines, quorum plurima etiam à Synodalibus Prædecessorum Nostrorum Constitu-

tutionibus fuerunt collecta ad instruendos eos, qui huiusmodi Sacramento insigniri desiderant, ne ignorent quibus qualitatibus ornari, & quæ requisita habere debeant. Nos autem aliqua in præsenti Synodo referre, nonnulla pręscribere, omnia verò, & singula in omnibus, tùm Minoribus, tùm Sacris respectiuè Ordinibus initiandis, necessariò recensenda, iudicamus.

Mandamus propterea omnibus, & singulis Plebanis, & Ecclesiarum Rectoribus Nobis subiectis, eosque plurimum monemus, & in Domino hortamur, vt attentè videant, & maturè considerent, qui ad seruitium propriæ Ecclesiæ adscripti fuerint.

Primò. An aliqua Corporis deformitate laborent; & in ea ætate constituti sint, vt saltem sperari possit, ad litterarum studia prosequenda, & in eis proficiendum aptos, & idoneos existere.

Secundò. An in Christiana Cathechesi instructi sint, seu pręcipua Fidei Nostræ rudimenta calleant.

Tertiò. Quandocunque Ecclesiæ seruitio adscripti fuerint, antequam eosdem Nobis pręsentent pro Clericali Tonsura obtinenda experiantur, an in Ecclesiæ seruitio præstando debitam diligentiam adhibuerint, Vestem talarem continuò gestauerint, Scholam alicuius probi ludi magistri frequentauerint, modesta capillorum Tonsura omnibus apparuerint, compositosque mores exhibuerint, sicuti decet eos, qui in sortem Domini adscribi desiderant; si autem in aliquo super ijs, eos defecisse, aut respectiuè deficere cognouerint, à præfata pręsentatione etiam ad quoscunque Ordines abstineant, nullumque de eisdem Testimonium faciant donec saltem respectiuè resipuerint.

Si

Si aliquis Plebanus aliquandò rationabili ex causa, quempiam in Minoribus Ordinibus constitutum, aut saltem Tonsura Clericali initiatum à seruitio suæ Ecclesię præstando dimiserit, alterius Ecclesiæ seruitio adscribi minimè possit, nisi obtento beneplacito Nostro iuxtà Prædecessorum Nostrorum Constitutiones concedendo.

Promoueri desiderantes ad Ordines Minores, & Sacros testificationibus hucusque deferri solitis, & consuetis muniantur, quibus etiam adjicienda erit Fides de eorum frequenti interuentu, occasione deferendi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ad Infirmos, nec non de Sacris Exercitijs, iuxtà Edictum aliàs à Nobis promulgatum, peractis.

Qui verò ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines promoueri cupiunt, Congregationibus pro discutiendis conscientiæ Casibus, in suo quilibet Sexterio interueniat, & Lectionibus Theologiæ Moralis, quæ fieri solent *Statutis* diebus à Canonico Nostro Theologo continuò intersint, & quas ex benignitate Nostra parcentes Clericorum incommodis, ac renouantes antiquum usum, & praxim impostetum haberi, & fieri mandamus in Ecclesia Vicariali Parochiali, & Collegiata Sancti Bartholomæi.

Habentes igitur omnia, & singula recensita requisita, statutis temporibus compareant coram Nobis ad subeundum examen, quod accuratè ab Examinatoribus, per Nos deputatis, & designatis faciendum erit, ad experiendum eorum scientiam pro ratione Ordinis ad quem quilibet promoueri desiderat.

Ne autem prętextu, & occasione Examinum, quæ habe-

haberi ſolent in Palatio Noſtro Patriarchali, Eccleſiæ debito defraudentur ſeruitio, ſequentem Ordinem de cęterò à Nobis ſeruandum eſſe præſcribimus.

Examen nempè, quaecunque vice fiat, ſeu quandocunque per ſolitum Edictum publicatum fuerit, incipiemus pro Clericali Tonſura initiandis, ſubindè pro promouendis ad Oſtiariatum, & ſic gradatim progrediemur, pro ratione Ordinis, vſqueq̀uò de promouendis ad Sacerdotium terminetur.

Pro Examine de prima Clericali Tonſura initiandis, & de promouendis ad quemcunque Minorem, & Sacrum Ordinem vocabuntur, ſeu poſt affixionem Edicti pro vocatis cenſeantur; primò Clerici Sexterij de Caſtello, quibus examinatis; ſecundò comparere debeant Clerici de Sexterio Sancti Marci; tertiò de Sexterio Canalis Regij; quartò Sanctæ Crucis; quintò S. Pauli, ſexto demùm Dorſi Duri; ità vt huiuſmodi procedendi modus in quocunque Examine, pro quocunque Ordine gradatim habeatur, niſi pro temporis viciſſitudine, aliter à Nobis deliberatum fuerit.

Nemo eorum, qui ad Titulum Patrimonii, ſeu alicuius Eccleſiaſtici Beneficij, ad Ordines promoueri deſiderant, ſiue originem traxerint in hac Inclyta Ciuitate, ſiue in Diœceſi Noſtra Foranea ortum habuerint, & degant, Habitum Clericalem aſſumere audeat, & præſumat, ſine Noſtra licentia in ſcriptis obtinenda.

Vt autem occurramus fraudibus, quæ ſæpè euenire ſolent in conſtituendis Patrimonijs, Prædeceſſorum Noſtrorum Ordinationes, & Decreta, ſuper his emanata confirmantes, ſtatuimus, & decernimus nullum Patrimonium de cæterò eſſe admittendum, niſi de Bonis

Pa-

Patrimonialibus Ordinandi, seu ab eius Patre, vel Matre, aut Consanguineis in primo, aut secundo gradu fuerit constitutum, & nisi Bona ipsa, in quibus constituitur, fuerint publicè notificata, pacificè possessa, & specificè designata libera ab omni, & quocunque onere, & eorum redditus sint annuatim exigibiles ad summam saltem Ducatorum sexaginta Monetæ Venetæ; insuper Instrumentum ipsum continere debeat Clausulam iuratoriam, præstitum nempè fuisse Iuramentum, tàm ex parte constituentis, quàm ex parte Ordinandi in Manibus Notarij, seu in Actis Cancellariæ Nostræ Patrimonium ipsum non esse falsum, aut fictitium, sed verum, & reale, nec dolosè, seu aliquo occulto retrocessionis illicito præcedenti pacto, conuentione, & labe infectum; quominùs bona ipsa ab alio euinci, vel aliàs repeti posse timendum sit.

Vtinam experientia compertum non esset aliquos eo impudenti, & insano spiritu duci, vt ad eludendam Iurisdictionem Nostram aliundè quærant Altaribus mancipari, & fictitio aliquo Titulo ab Episcopo alterius Diœcesis ad Ordines promoueri, minimè seruata forma à Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis præscripta, præcipuè verò non seruata Constitutione recolendæ memoriæ Innocentij Papæ XII. quæ incipit, *Speculatores Domus Israel*, quod quanti sit dedecoris Ecclesiastico Nostro Gregi, & detrimenti eorum æternæ saluti, nemo est, qui nesciat, Victum, potius, quàm Altaris Ministerium quærentes, litterarum prorsùs ignari, sine Patrimonio, sine Beneficio hùc, illùcque vagari coguntur, & mendicantes Missarum Eleemosinas, quibus ali possint, plerunque etiam quamuis alterius

Diœ-

Diœcesis seruitio adscripti, veluti profugi Patriam redeunt, & sine Commendatitijs, ac sine licentia Nostra (dolendum sanè) nulla habita Canonicarum damnationum consideratione, Sacrum faciant.

Sciant igitur omnes, & singuli Clerici Veneti Iurisdictioni Nostræ subiecti, qui sine debitis Dimissorijs, requisitis, & conditionibus præscriptis à Sacro Concilio Tridentino, Constitutionibus Apostolicis, & præcipuè à prænarrata Constitutione Innocentij XII. nec non à Constitutionibus Prædecessorum Nostrorum, & Nostris, ab alienis Episcopis ad Minores, & Sacros etiam Præsbyteratus Ordines, seu respectiuè quemlibet eorundem fuerint promoti, in fraudem Nostræ Patriarchalis Iurisdictionis, se incurrisse, & incurrere in pęnas à Iure, & Constitutionibus præfatis statutas, Censurasque ab eisdem respectiuè inflictas, prout in singulis prædictorum Casuum contingentijs, omissionibus, ac defectibus, decernimus, & declaramus, incurrisse, & incurrere, ac veri suspensos à Diuinis, alijsque pęnis obnoxios, & obstrictos haberi statuimus, & mandamus.



Editto per li Confeſſori de' Chierici

Publicato li 3. del Meſe di Nouembre 1707. e preſentemente rinouato.

PIETRO BARBARIGO

Per Divina Miſericordia Patriarca di Venezia, e Primate della Dalmazia, &c.

DOuendo li Chierici, che intendono eſporſi a gl' Eſami, per eſſer promoſſi à gl'Ordini così Minori, che Sacri, eſſer muniti di tutti *li requiſiti* preſcritti dal Sacro Concilio di Trento, e dalle Conſtitutioni Patriarcali, tra'quali della maggior importanza conſideriamo eſſer quelli della frequenza de'Santiſſimi Sacramenti, con cui ben dimoſtrano di conſeruar l'animo illibato, e con quella monditie, che è neceſſaria à chi aſpira al ſublime grado del Sacerdotio; Quindi è, che inerendo anco alli Decreti de' Noſtri Anteceſſori, raccordiamo a'Noſtri Chierici l'obbligo indiſpenſabile di purificare l'Anime loro ogni prima Domenica di ciaſcun Meſe, e tutte le Feſti principali dell'anno colla Confeſſione Sacramentale, per cui douerà ciaſcuno

di

di essi eleggersi vno de Confessori quì sotto assignati, e questo fermo, e stabile, acciò che possa non solamente esser meglio ajutato nel Signore, ma ancora auere al tempo dell'Ordinatione la Fede d' essersi habitualmente Confessato, la quale douerà indispensabilmente presentare per esser admesso all'Esame. E perche oltre la Fede della Sacramental Confessione fatta come sopra, doueranno li Chierici, che sono in età sufficiente presentare anco l'attestato d'auer riceuuta la Santissima Communione nelli giorni destinati come sopra, ammoniamo paternamente, e preghiamo nel Signore gl'infrascritti Reuerendi Confessori, a voler instruire, & ammaestrare li detti Chierici, che non si sono ancora accostati a riceuer il Pane Eucharistico, acciò quando sorpassino l'età d' anni dodeci, e siano dalla prudenza loro giudicati capaci, possino intendere, e sapere quanta sia l'eccellenza di quest' Augustissimo Sacramento, in qual maniera debbano esser disposti, e preparati per accostarsi à riceuerlo, e quali, e quanti siano li frutti di chi degnamente lo riceue.



Nel Seſtier di Caſtello.

Il. M. R. P. Giacomo Zopelli Dottor Archidiacono.
Il M. R. P. Angelo Rinaldi Arciprete.
Il M. R. P. Pietro Grandi Canonico.
Il M. R. P Girolamo Boldù Canonico.
Il M. R. P. Gio: Battiſta Ferretti Canonico.
Della Chieſa Patriarcale.
Tutti li MM. RR. Piouani delle Chieſe Parochiali, e Collegiate di queſta Città.
Il R. P. Franceſco Vendrini Dottor Titolato di S.Lio.
Il R. P. Paulo Barnabò Titolato in S. Martin.

Nel Seſtier di San Marco.

Il R. P. Ippolito Graſſeni Titolato in S.Moisè.
Il R. P. Steffano Steffanini Dottor Titolato in S.Moisè.
Il R. P. Giouanni Ocher Dottor Titolato in San Geminiano.
Il R. P. Bernardo Buſoli Titolato in S.Giuliano.
Il R. P. Paulo Centini Titolato in S. Lucca.
Il R. P. Andrea Corteſi Titolato in S.Lucca.
Il R. P. Giacomo Bartolini Titolato in S.Samuel.
Il R. P. Pietro Maria Moretti Dottor di S. Samuel.
Il R P. Giacomo Poluzzi Titolato in S. Angelo.
Il R. P. Gio: Antonio Marchi Dottor Titolato in Santa Maria Zebenigo.
Il R. P. Girolamo Scarpa Titolato in S. Mauritio.

Il R. P. Giacomo Bigontina di S. Paternian.
Il R. P. Mattio Pelizzari Dottor Titolato in S. Fantin.
Il R. P. Gio: Battista Sorari Dottor Titolato in S. Bortolamio.

Nel Sestier di Canareggio.

Il R. P. Antonio Basso Titolato in S. Leonardo.
Il R. P. Sebastian Molin Titolato in S. Cantian.
Il R. P. Pietro Alberti di S. Cantian.

Nel Sestier di San Polo.

Il R. P. Angelo Zanardi Dottor Sotto-Canonico Ducale Titolato in S. Tomà.
Il R. P. Lorenzo Licini Dottor di S. Siluestro.
Il R. P. Ottauio Zilioli Titolato in S. Aponal.
Il R. P. Angelo Tassis Dottor di S. Aponal.
Il R. P. Francesco Simoni Titolato in S. Polo.

Nel Sestier di Santa Croce.

Il R. P. Valentin Dasmut Titolato in S. Simeon Profeta.
Il R. P. Gregorio Zignol Titolato in San Simeon Profeta.
Il R. P. Zuanne Palman Titolato in San Giouanni Decolato.

Nel

Nel Sestier d'Osso Duro.

Il R. P. Santo Sorbola Titolato in S Nicolò.
Il R. P. Francesco Priori Titolato in S. Raffael Arcangelo.
Il R. P. Aluise Millioni Titolato in S. Raffael Arcangelo.
Il R. P. Francesco Colli Titolato in S. Margarita.
Il R. P. Gasparo Grandi Dottor Titolato in S. Margarita.
Il R. P. Francesco Graffetti Titolato in S. Eusemia.
Il R. P. Gio: Maria dall'Asta di San Barnabà.

Tutti li Confessori della Chiesa de' Chierici della Congregatione dell'Oratorio.

Tutti li Confessori Regolari dell'infrascritte Chiese, & Ordini.
Di Santi Giouanni, e Paulo.
Del Santissimo Rosario Gesuati.
Della Compagnia di Gesù.
De Chierici Regolari Teatini.
De Minori Osseruanti di S. Bonauentura.
De RR. PP. Carmelitani Scalzi.
Della Congregatione Somasca.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

MAtrimonij Sacramentum à Deo antè peccatum ad humani generis propagationem institutum, ac deindè Iesu Christi Domini Nostri præsentia decoratum, piè, sanctèque à Fidelibus tractari oportet. Vtque in Matrimonijs contrahendis morum corruptelæ tollantur, Parochi Officium erit, Gregem sibi commissum instruere, & erudire, Nuptiale Bonum tribus partibus contineri, Fide, Prole, & Sacramento. Fide, vt Sanctum Coniugium nunquam violetur: Prole, vt Filij generentur, qui à Parentibus religiosè educati, æternę Beatitudinis digni efficiantur: Sacramento, vt Matrimonium ritè contractum nisi per mortem disoluatur.

Omnem propterea operam præstabunt Parochi, vt Fideles, qui Matrimonium contrahere intendunt, huius Sacramenti Sanctitatem, & excellentiam perpendant, Sacramentalem Confessionem præmittant, seque Sacra Communione reficiant, id deprecantes, & intendentes, vt regenerationi generatio præparetur, studentes nempè Matrimonium contrahere, vt procreentur filij, qui cum ipsis aliquandò æternam capiant hæreditatem.

Vt autem ritè ministretur hoc Sacramentum eisdem Parochis præcipimus, & mandamus sub pœnis à Iure statutis, seu respectiuè Arbitrio Nostro infligendis, vt antequam denunciationes de aliquo Matrimonio contrahendo faciant, attentè videant, & maturè perpendant, vnde contrahentes originem trahant, à quanto tem-

tempore quilibet, seu alter eorum in sua Parochia commoretur, an fuerint aliàs vxorati, & an de prædictis publicationibus agendis mutuum consensum præstiterint.

Noscere etiam curent: An sciant Erudimenta Fidei, an Sponsi aliquo Castitatis, vel Religionis Voto sint obstricti, an Cognati, vel Affines in gradu prohibito, & an in Communione Ecclesiæ viuant, quod si super his etiam suspicari contingat Nos priùs consulant, ne forsan detecto aliquo impedimento, subindè non sine graui scandalo, & Animarum præiuditio coniugium soluatur.

Si contrahentes, vel alter eorum ortum habuerit in aliena Diœcesi, non autem in hac Inclyta Ciuitate, quod ex legitima Baptismatis Attestatione cognosci decernimus, denuntiationes fieri prohibemus, etiamsi aliundè sciant eosdem contrahentes antè pubertatem se contulisse ad hanc Vrbem, & in sua Parochia continuam traxisse moram, nisi priùs in Curia Nostra Patriarchali per Testium legitimas juratas depositiones, & Attestationes, juxtà formam, & præscriptum Sacræ Congregationis Sanctissimæ Inquisitionis Almæ Vrbis examinandorum, de eorundem libertate constiterit; si verò post ipsam pubertatem, publicationes pariter minimè fiant, nisi reportauerint Attestationes de eorundem statu libero in forma legali, & authentica, ac in Curia Nostra recognoscendas.

Sponsum etiam, & Sponsam ortos in hac Ciuitate diligenter interrogent, & inquirant, nùm extrà hanc Diœcesim se contulerint, & ibi per quinque, aut sex Menses commorati fuerint; quod si accidisse cognouerint,

uerint, ad denunciationes pariter non deueniant, nisi constiterit prius de eorum libertate pro eo tempore, quo alibi moram traxerunt, eosdemque moneant publicationes fieri non posse, nisi probata priùs in Curia Episcopali eius Diœcesis, in qua commorati sunt sui status libertate, & recognita à Nobis, seu Vicario Nostro Generali eiusdem Attestatione, hancque minimè esse admittendam, nisi in ea seruata fuerit forma iuxtà præfatam instructionem Sacræ Supremæ Congregationis S.Officij Almæ Vrbis, nec sufficere super præmissis quodcunque Parochi eiusdem loci documentum, etiam iuramento firmatum.

Si autem huiusmodi sit eorum status, vt propter nimiam loci distantiam, seu propter aliam rationabilem causam eiusdem Curiæ Episcopalis Attestatio difficillimè possit obtineri, aut etiam Parochi prudenter noscant, quod si Matrimonij celebratio longiùs protrahatur, oriri possit aliquod Animarum præiudicium, Vicarium Nostrum Generalem priùs consulant, vt re maturè perpensa per ipsum deliberetur, quod prò sua prudentia, & pietate magis expedire videbitur.

In secundis, seu vlterioribus Nuptijs ineundis Denunciationes prorsùs inhibitæ censeantur, nec fieri possint nisi priùs constito de Morte proximi præcedentis Coniugis, & exhibitum, ac præsentatum fuerit legitimum exemplum eiusdem Matrimonij, quòd si prædicta Mors secuta fuerit in hac Ciuitate, sufficiat legitima Attestatio Parochi, à quo Cadauer traditum fuit Sepulturæ, & respectiuè præstita fuit assistentia anteriori Matrimonio; si verò defunctus extrà hanc Diœcesim diem clauserit extremum, aut alibi Ma-

K trimo-

trimonium fuerit celebratum, nullæ omninò Attestationes, quantumuis probatæ, legitimæ, ac authenticæ admittantur, nisi recognitione, & admissione Nostra, seu Vicarij Nostri Generalis fuerint formiter roboratæ, & signatæ.

Si Parochus in actu recipiendi Sponsi, aut Sponsæ consensum prò faciendis Publicationibus forsan videat, aut timeat, quod alter eorum non plenè, nec liberè consentiat, Proclamationes pariter differat, & protrahat donec in loco libero, ac seorsim à quacunque Persona spontè consentiat; id tamen interim agat, vt Parentes moneat, eos in materia tam graui, quæ perpetuam vinculi indissolubilitatem importat, filios cogere, seu eorum libertatem impedire minimè posse, filios verò familias, & præcipuè puellas sedulò hortetur, vt quamuis Matrimonium liberum esse debeat, ac sine Parentum consensu, legitimè contractum, firmum, validumque sit; nihilominùs Honestati, ac Obedientiæ Parentibus debitæ summopere congruere, ne ipsis inconsultis, aut aliqua iusta, & rationabili causa (per Nos quatenus de Iure opus fuerit cognoscenda) repugnantibus, ad Sponsalia, & Matrimonium procedant, seu deueniant.

His autem omnibus diligentijs præmissis, & adhibitis Parochi deueniant ad trinas denunciationes, quæ ex Tridentina Synodo præscriptæ sunt, & omninò faciendę erunt tribus diebus ex Ecclesiæ præcepto, vel loci consuetudine festis, non quidem continuis, sed aliquo temporis spatio interpolatis, interque Missarum solemnia, seu etiam hora præcedenti magis opportuna,

qua

qua maior Populi concursus, & confluentia ad Ecclesiam accedit, pro audienda Missa, vt sic facilius notitia haberi possit de futuri Matrimonij celebratione, & quatenus impedimentum existeret, Ecclesiæ illud deduci, ac patefieri possit.

Si Sponsi, vel alter eorum recenter, vel etiam à tribus Mensibus degant in ea Parochia, sub cuius Parochi Assistentia Matrimonium contrahere possint, aut velint, denuntiationes fieri mandamus etiam in ea Parochiæ Ecclesia, in qua anteà degerint, quod erit à Parochis omninò inuestigandum, & adimplendum, ne aliquandò Sponsi contradici timentes, in fraudem Ecclesiæ (prout compertum est) mutent Parochialitatem, & Matrimonium ipsum nullitatis forsan defectu laborare dubitandum sit.

Quandocunque verò ex aliqua legitima, iusta, & rationabili causa, super tribus denuntiationibus dispensare contigerit, nullam Dispensationem à Nobis concedi sciant, nisi constito priùs de libertate Contrahentium per Fide dignorum Testium depositionem in Curia Nostra examinandorum probanda, & vlterius de iustis, & rationabilibus causis, ac motiuis; quę debent inducere Animum Nostrum ad dispensandum super ijsdem, nec supplicem libellum super huiusmodi dispensationibus obtinendis Parochus ullatenus exhibeat, nisi verificatis conditionibus superiùs expressis iuxtà Nostram, vel Vicarij Nostri Generalis cognitionem.

Liber Denuntiationum habeatur distinctus, & separatus, in quo pro temporis ratione describantur Nomina, Cognomina, & Patria contrahere volentium,

nec non dies, in quibus ſecutæ fuerint Denunciationes adnotentur.

Quotieſcunque aliquis ad contradicendum compareat, dies comparitionis, eius Nomen, Cognomen, Patria, Parochia, & Parochiæ ſitus, in quo degit, deſcribatur in Libro Contradictionum, & adnotetur an nomine ſuo, vel alieno contradicat, ne præcludatur aditus ad eum reperiendum, ſi opus fuerit, pro Contradictionibus ipſis iuſtificandis.

Sponſi aduertantur de oppoſitis adnotatis Contradictionibus, ac certi fiant ad vlteriora procedi non poſſe, niſi de reuocatione Contradictionum in forma authentica doceatur.

Trinis denuntiationibus abſolutis, niſi diſpenſatio ſuper ijſdem, aut earum aliqua, modo, & forma præmiſſis fuerit obtenta, Matrimonio aſſiſtere proprius Parochus non audeat, niſi duo ſaltem dies elapſi fuerint à die vltimæ denunciationis excluſiuè computandi, quòd ſi Sponſi longius, quàm per duos Menſes Matrimonij celebrationem diſtulerint, ſciant pariter Denunciationes prædictas renouandas eſſe modo, & forma ſuprà narratis.

Quia verò in hac graui, & ſanctè tractanda materia comperimus, non ſine magno Animi Noſtri mœrore, multis Coniugium inire cupientibus, non ſolùm incongruum, ſed ignominioſum videri, & quodammodò injuria eoſdem affici, ſi Denunciationes, ſeu publicationes huius Sancti Sacramenti fiant, quæ omninò prærequiruntur, & in executionem Sacrorum Canonum, S. Conc. Trid., Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Patriarchalium Statutæ, & præſcriptæ reperiun-

riuntur, ex quibus imò decus, honorque Familiarum præſeruatur, & vlterius Matrimonium celebrare, & ſolemnizare dedignantur, & abhorrere videntur in Eccleſia, quæ eſt Domus Dei, vbi ſeruatur, & cuſtoditur Sanctiſſimum Chriſti Corpus, Sanctorum Reliquiæ quieſcunt, & venerantur, cæteraque Sacramenta miniſtrantur, & Diuina officia peraguntur.

Propterea talibus abſurdis, & inconuenientibus reſpectiuè occurrere volentes, excitamus, hortamur, & enixè monemus Parochos Iuriſdictioni Noſtræ ſubiectos, vt medio eorum Pietatis, ſolertiæ, & exemplaris Zeli, omnem curam, & ſedulum officium adhibeant, aduertendo contrahere volentes, ne Publicationes prædictæ ante dicti Sacramenti adminiſtrationem omitti procurent, niſi, prout ſupra ſancitum fuit exiſtente, & probata juſta, legitima, & rationabili cauſa; nec non quod in Eccleſia Matrimonia celebrentur, & ſolemnizentur; (in quo tamen Patritios, digniores que Ciues non includimus) prout decentia, decus, & dignitas tanti Sacramenti expoſcunt.

Vrgente autem aliqua rationabili cauſa, aut neceſſitate ſi fuerit permiſſum Matrimonium celebrare extrà Eccleſiam, decernimus, & mandamus, vt intra duos ſaltem Menſes Benedictiones peragantur; quod ſi Sponſi vltrà diſtulerint, illos Parochus ne benedicat, donec licentiam Noſtram, in ſcriptis obtinendam habuerit, eorum etenim negligentiam, & contumaciam ſalutari aliqua pœnitentia, quæ alios à tali contumacia, & negligentia deterreat, mulctare intendimus.

Quo-

Quoniam pro Benedictionibus peragendis proprij Parochi Ecclesiam deserere, easque alibi peragere quamplurimi student, id præsertim Parochis inhibemus, & sub graui pœna Arbitrio Nostro infligenda inhibendo mandamus, ne vnquam eas celebrare, aut celebrari facere præsumant in quauis Ecclesia Monialium Iurisdictioni Nostræ subiecta, cuiuscunque gradus, & conditionis sint Personę Benedicendę.

In Matrimonijs describendis vtantur Parochi formula à Rituali Romano, & Constitutionibus Patriarchalibus Synodalibus Prędecessorum Nostrorum pręscripta.

Cumque plurima alia scitu necessaria, & diligenter adimplenda circà hoc Sacramentum Sacri Canones, Sacrosancta Trid. Synodus, & Constitutiones Synodales Venetę, pręsertim supradictę Priola, & Maurocena pręscripserint omnia à Parochis prę manibus habenda, sępè legenda, & attentè consideranda erunt, ne fortè ipsi in re iam graui in errorem prolabantur, in culpam inobedientię incidant, quandoque etiam (quod absit) contrà validitatem Sacramenti peccent, & in pœnas à Iure inflictas, seu respectiuè à Nobis infligendas incurrant.

DE

DE

SACRAMENTO

EXTREMÆ VNCTIONIS.

MIrabilis Saluatoris Iesu Christi benignitas ad reparandam humanitatis nostræ imbecillitatem, & muniendam infirmitatem, quando angore mortis vehementer affecti in maximo Animæ discrimine versamur, Sacramentum Extremæ Vnctionis instituit, quo mediante fortissima veluti armatura induti luctaremur aduersus Principes, & Potestates, aduersus Mundi Rectores tenebrarum, in quas Nos rapere tentant Sathanæ impetus, & insidiæ.

Omni proptereà pietate ministrandum est hoc cœleste præsidium, omnemque solicitudinem adhibere debent Parochi, vt Christi-fideles habeant, quo resistere possint in die malo, & ita perfecti stare, vt humani generis hostis vereatur habere certamen, seu victus abeat.

Statuimus propterea, & mandamus, vt quicunque Animarum curam gerit in Nostra Diœcesi, Fideles sibi commissos extremo vitæ periculo laborantes, præcipuè verò si Sacra Communione fuerint refecti, moneat quamplurimum prodesse eorum æternæ saluti Sacra hac Vnctione muniri, eamque non minus à Iesu Christo fuisse institutam ad ægroti Animam alleviandam, & confirmandam, quàm ad Corporis sanita-

tem

tem obtinendam, vbi tamen ſaluti Animæ expedierit.

Videat omninò, & ſtudeat quantum fieri poterit, vt Infirmus, cui miniſtrandum eſt hoc Sacramentum, priùs Sacramentaliter confiteatur peccata ſua, & ſacra ſe Communione reficiat, hæc etenim, ſi poſſibile ſit, neceſſariò ſunt præmittenda, vt Extremæ Vnctionis Virtutem efficaciùs obtineat.

Quamuis autem Sacra hæc Vnctio miniſtranda non ſit ægroto, qui non ſit in mortis articulo conſtitutus, Parochi nihilominus ſolicitudo erit, vt huius Sacramenti collatio non protrahatur, donec Infirmus integris ſenſibus deſtituatur, neque, quid agatur, intelligat.

Nullus Sacerdos Sacri Olei Vaſculum penès ſe retinere audeat, nec Extremam Vnctionem conferre præſumat, niſi de licentia Parochi; ii autem, quibus conceſſa fuerit huiuſmodi facultas attentè videant, an debita reuerentia, & decore cuſtodiatur, & in loco tuto, ac decenti ſeruetur, quos enim ſuper hoc deliquiſſe nouerimus, ſuſpenſionis ab huiuſmodi officio, & grauiori pœna, pro modo culpæ, & omiſſionis, puniemus.

Vt autem ab omnibus debitus honor Sacro Oleo præſtetur, volumus, & mandamus.

Primò: Quod Vaſcula omnia maiora cuiuſcunque Sacri Olei Cathecumenorum, Chriſmatis, & Infirmorum, ſaltem ex ſtamno ſint conflata, & impreſſis litteris, non tamen in operculo, ſi ſit ſeparabile, inter ſe diſtincta.

Secundo: Quod tria ipſa Vaſcula includantur in capſula

pſula

psula lignea in tres partes distributa, interiori parte serico Violaceo circumamicta.

Tertiò: Quod hæc capsula custodiatur in loco aptato ad latus Presbyterij Ecclesiæ, serico violacei pariter coloris circumornato, firmaque fenestella cum sua serra, & claui ad claudendum, & faciliter aperiendum munito.

Quartò: Quod super Ostiolum describantur hæc verba *Olea Sacra* aureis incisa, seu ornata litteris.

Vascula verò Sacri Olei Infirmorum minora, quæ ad vsum ministrandæ extremæ Vnctionis à Parochis, seu eorumvicemgerentibusdomi quandoque detinentur, vt promptiores sint quandocunque,& quacunque diei, vel noctis hora indigeant, hæc argentea sint, & rotunda forma constructa.

Recondantur etiam in capsula lignea similis formæ, & prout suprà interiùs circumamicta, quę subinde aptetur in Bursa aptæ magnitudinis,ex serico etiam auro intexto (si fieri potest) rectè consuta, cùm suis cordulis saltem sericeis, quæ etiam Bombicem adhibendum præstet, & in qua adhibitus reponatur donec ad præscriptum Ritualis Romani consumetur.

Quandocunque Domi prædicta minora Vascula detinentur; semper sint in loco tuto pariter, & decenti ab omni prorsus profano vsu libero, sancta enim sanctè tractanda sunt, & custodienda.

Cùm hoc Sacramentum ministrandum erit in cubiculo Infirmi ea diligentia adhibeatur,vt præparetur mappa cum suis Candelis superpositis, & accensis, ac imagine Sanctissimi Crucifixi.

Adſit ſaltem vnus Clericus, qui Sacerdoti reſpondeat, adſtantes verò ſiue ſint Conſanguinei Ægrotantis, ſiue alij, genibus flexis orent, & Diuinam Maieſtatem precentur pro Infirmi, & eius Animæ ęterna ſalute; Miniſter verò ſuperpelliceo, & ſtola indutus Infirmum primò ad actus Contritionis, Fidei, Spei, & Charitatis in Deum promouendos excitet, deindè Sacro Oleo perungat ad formam Ritualis Romani.

Sacra Vnctione peracta Bombicis globulos vnà cum micis panis, indè adhibitis ad digitos abſtergendos munda pagina inuoluat, & Burſa, prout ſuprà præparata, includat, ſecum deferendos, & per ſe flammę tradendos, ſiue etiam in Eccleſiæ Sacrario reponendos.

Ægrotum verò ſtatim non deſerat diſcedendo, ſed piè, ac religiosè in eiſdem Actibus Fidei, Spei, & Charitatis confirmet, eidemque ſuggerat inter maxima beneficia à ſe hoc eſſe referendum, quod nullum officij genus omiſerit Eccleſia, quominùs æternæ ſalutis particeps fieri poſſit, ac perennem Beatitudinis gloriam conſequatur; plurimùm propterea teneri Diuinę bonitati, & munificentię, quę vt abundantiùs appareat, eundem Infirmum, & Conſanguineos moneat Nos paratos exiſtere ad Apoſtolicam Benedictionem eidem impertiendam, pro ſpirituali Indulgentiarum munere conſequendo, iuxtà facultatem à Sanctiſs. Domino N. Papa Nobis clementiſſimè conceſſam; pro qua obtinenda præmittere debeant Parochi, Nobiſque dirigere atteſtationem de periculoſo Infirmi ſtatu, & de Sacramentis ab eo prout fieri potuit, receptis.

Su-

Subindè autem si Parochus necessario Curæ Parochialis munere impeditus diutius apud Infirmum morari non possit, saltem curet alterum Sacerdotem suæ Ecclesię, ad Animam commendandam benè instructum, in cubiculo Infirmi reperiri, qui superpelliceo, & stola indutus, cum adstantibus oret, & assiduas, ac Religiosas preces ad Deum dirigat pro Infirmo, vsquequò in amplexibus, & osculo Imaginis Iesu Christi Crucifixi halitum tribuat extremum.

DE

RESIDENTIA.

QVanti facienda sit ab animarum Pastoribus Residentia in suis Beneficijs satis habetur ex Sacris Trid. Conc. decretis, quibus etiam Ordinarij locorum plurimùm excitantur, vt opportunis Iuris remediis iuxtà locorum, & personarum qualitatem cogant quemlibet residere.

Omnibus igitur, & singulis Plebanis, Ecclesiarum Rectoribus, & beneficia Curata obtinentibus in Nostra Diœcesi iubemus, & strictè præcipimus, vt beneficiorum suorum residentiæ præsenter satisfaciant, sub pœnis à pręfato Concilio Tridentino Statutis, ac modo, & forma in eodem præscriptis.

Nemini etiam eorum liceat quocunque tempore solemnioribus festiuis diebus in quibus Ecclesiæ, & gre-

gi eorum fidei co mmissis diligentèr attendere debent, ab eis quoquo modo abesse sub pœnis arbitrio Nostro insligendis.

Eisdem proindè inhibemus ne vnquam audeant, aut præsumant Ordinarij seu extraordinarij Confessoris Monialium munus assumere, seu retinere extrà hanc Ciuitatem, sub pœnis in Constit. Priola in prima Synodo cap. 29. contentis, & expressis.

Canonicis etiam Ecclesiæ Nostræ Patriarchalis, quibus omnibus, & singulis ex debito Officij sui Canonicatus incumbit onus residendi, & interessendi Diuinis Officijs in præfata Ecclesia quotidie recitandis præcipimus, & mandamus ne sub pœnis arbitrio Nostro insligendis præfatum Confessarij Monialium munus extràhanc Nostram Diœcesim suscipiant.

Titulati verò omnes, & singuli Ecclesiarum Parochialium, & Collegiatarum, præcipuè verò Presbyteri Titulati qui Plebanis in partem solicitudinis curæ dati sunt, ab hac Ciuitate, & obligationibus sui Tituli non discedant, aut recedant sine licentia Plebani ad quindecim dies concedenda, qui verò aliqua iusta, & rationabili de causa à Nobis cognoscenda vltra quindecim dies, se absentare necesse habeat, licentiam Nostram in scriptis obtineat sub pœnis ac modo, & forma à Prędecessorum Nostrorum constitutionibus præscriptis, seu arbitrio Nostro pro ratione culpæ, & contumacię insligendis. Si autem quis eorum in præsenti abesse reperiatur infra quindecim dierum spatium à die publicationis pręsentium computandorum dorum, quorum quinque pro primo, alios quinque pro secundo, reliquos verò pro tertio, vltimo, & perem-

remptorio termino, & monitione Canonica assignamus ad residentiam faciendam, vel ad allegandam causam, quare dictam residentiam non faciant, aut facere non debeant sub pęnis pariter arbitrio Nostro benè uisis.

Item decernimus, & statuimus quod Sacerdotes omnes qui Ecclesiis Nobis subiectis adscripti sunt,& titulo seruitutis earundem Ecclesiarum ad Sacros Ordines, siue sub nostro, seu Prædecessorum Nostrorum gubernio promoti fuerunt,non nisi cum litteris testimonialibus, & commendatitijs Nostris, seu Vicarij Nostri Generalis, ac iusta, & rationabili aliqua de causa concedendis, in aliena Diæcesi comorari audeant, & sic Ecclesiam ad cuius seruitij titulum ordinati fuerunt sine licentia, vel vltrà tempus concessum de facto deserere non præsumant, sub pęna suspensionis à Diuinis.

Ne autem super his intentionem Nostram eludant præcipimus, & mandamus vt Visitatores Sexteriorum quandocumque aliquam ex ipsis Ecclesiis in quolibet Sexterio visitauerint diligenter inquirant, & Plebani pro sua conscientia referre non recusent, an huiusmodi desertorum aliquis de sua Ecclesia reperiatur, ad effectum,vt per Actuarium Cancellariæ exhibita Nobis relatione, procedamus ad ea, quæ Iuri, & Iustitię consentanea videbuntur ad normam præfati Nostri Decreti.

TE-

TENOR.

EPISTOLÆ

SANCTISS. D. N. PAPÆ

CLEMENTIS XI.

Foris. *Al Molt' Illustre, e Reuerendiss. Signor come Fratello. Il Patriarca di Venezia.*

INTVS VERO.

PEr Illustris, & Reuerendissime Domine vtì Frater. Pastoralis Officij debito salubritèr exequendo assiduè intentus Sanctissimus Dominus Noster in eam prę cæteris singulari studio incumbit solicitudinem, vt omnes Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum Dignitates, Canonici, Beneficiati, Portionarij, alijque earum obsequijs mancipati, præcipuè verò Ecclesiarum Parochialium Rectores, & quicumque alij animarum curæ præpositi, iuxtà Sacrorum Canonum, & Sacri Tridentini Concilii decreta, atque Apostolicarum Constitutionum præscriptum, personalis residentiæ munus, quo obstricti sunt, agnoscant, illudque bona fide, & qua par est, sedulitate, ac diligentia præstent. Cùm autem Sanctitati Suæ non absque graui animi sui mœrore dudum innotuerit, nonnullos prę fatarum Ecclesiarum seruitio,

vel

vel animarum regimini addictos, proprij oblitos officij, hùc illùc per menses, & annos diuagari sine vlla suorum Prælatorum licentia, vel etiam cum ea, sed vltrà tempus permissum, ac præter causas legitimas ab eisdem Sacris Canonibus, & Sacro Tridentino Concilio approbatas, & absque Apostolicis Indultis, quæ ab hac Sacra Congregatione Eminentissimorum Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalium eiusdem Concilij Interpretum iustam discedendi causam habentibus concedi solent; vnde non rarò fit, vt diuina officia, & Ecclesiastica munia, quæ ab integro Ministrorum numero expleri debent, maximè negligantur, & animarum cura proprio Pastore destituta grauissimum patiatur detrimentum, nec sit qui Paruulis petentibus euangelicum panem frangat; Volens propterea Sanctitas Sua pro eximio, quo pollet, zelo, maximum hunc abusum è medio tollere, simulque opportunè prospicere, vt singuli Ecclesiarum Ministri deinceps ijs debita fidelitèr exhibeant obsequia, & Parochialium in primis Ecclesiarum Rectores, pascendis ouibus sibi commissis assiduè, ac diligentèr vacent. Sicuti ea de re saluberrima in Vrbe mandata nuper edidit pro jis, qui alibi residere obstricti, inibi commorantur; ita etiam iubet, ac pręcipit vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac cæteris Locorum Ordinarijs quibuscunque, vt propriam quisque Pastoralem solicitudinem excitantes, prælaudata Sacrorum Canonum, & Sacri Concilij Tridentini decreta aduersus prædictarum Ecclesiarum Canonicos, omnesque, & singulos Beneficiatos de iure, vel consuetudine residerę obligatos, nec non aduersus Parochos, & quoscun-

que

que alios animarum curam exercentes respectiuè edita seriò obseruent, ac obseruari faciant, eos opportunis remediis ad personalem residentiam compellendo, vt onera vnicuique eorum pro diuino cultu, & Ecclesiarum, animarumque seruitio incumbentia sustinere commodè possint. Porrò in hunc ipsum finem eosdem Locorum Ordinarios hortatur, ac admonet, vt huiusmodi Parochos, Canonicos, aliosque Beneficiatos, vt supra, residere detrectantes, pœnis à Sacris Canonibus, & Sacro Concilio Tridentino statutis, subtractionis scilicet fructuum, & crescente contumacia, priuationis etiam Canonicatuum, ac Beneficiorum, quibus potiuntur, mulctare, & coercere non omittant, ac in eos vlteriùs procedant iuxtà formā *Decretalis Innocentii III.* relatæ *in cap. Ex tua. de Cleric. non residen.*, implorato etiam ad id, vbi opus fuerit, auxilio, & ope Ordinariorum, in quorum Diœcesibus prædicti refractarij commorantur. Vt autem hæc omnia suum exactiùs sortiantur effectum, Sanctitas Sua iisdem Locorum Ordinarijs iniungit, vt quos ex Parochis, Dignitatibus, Canonicis, & Beneficiatis eiusmodi in præsens, vel etiam in posterum quandocumque à propriâ residentia abesse compererint vltrà tempus permissum, & absque debitis Apostolicis Indultis, eorundem contumacium nomina, & Beneficia residentialia, quæ obtinent, ac insupèr Diœceses, & Loca, in quibus ipsi moram trahunt, huic Sacræ Congregationi per suas literas incunctantèr denuncient, & quoad contumaces in Vrbe degentes idipsum tàm eidem Sacræ Congregationi, quàm Eminentissimo eiusdem Vrbis Vicario significent. Mandat deniquè Sanctitas Sua, vt præ-

præsentes Literæ, ne vllo vnquam temporis decursu obsolescant, aut in desuetudinem abeant, in istius Cancellariæ regestis describantur.

Cumque in his exequendis prouida in primis Sacrorum Antistitum solertia versari debeat, confidit Sanctissimus Pater præmissa omnia ab Amplitudinis Tuæ peruigili zelo, enixoque studio ita præstanda fore, vt nedum Pastoralis officij sui debito cumulatè satisfaciat, verùm etiam nihil desuper Sanctitati Suæ desiderandum relinquat; Et Amplitudini Tuæ à Summo bonorum omnium Largitore fausta omnia precamur.

Dat. Romæ die 15. Martij 1710.

Ampl. Tuæ

Vti Fra ter studiosus.
B. Card. Panciaticus Præf.

1711. 27. *Marzo. In Collegio.*

Letta, e licentiata per l'essecutione.

Pietro Franceschi Secretario.

Pietro Petrobelli.
M DE

DE VITA; ET HONESTATE CLERICORVM.

SAnè conuenit omnibus Clericali charactere insignitis attentè perpendere, se esse in sortem Domini vocatos, & mediatores inter Deum, & hominem. Sicuti autem peculiari hoc priuilegio fruuntur, ità arctiori vinculo adstricti noscuntur ad fidelem Deo cultum non tantùm præstandum, sed alios etiam suo exemplo, & vitæ sanctitate docendum. Indignum namque, & incongruum maximè esset, si quos Deus elegit ad Sacra peragenda, profana tractarent, & infuscatum lumen emitterent candelabra illa aurea, quæ Diuina Misericordia constituit, vt luceant omnibus, qui in Domo sunt, & in Catholica Religione versantur. Magna Nos quoque solicitudine angeremur, si constituisse contingeret Sacerdotes, quorum opera à ministerio suo longè distarent, & de quibus dici posset, Vox quidem Iacob est, manus autem sunt manus Esau. Quamobrem eos omnes, & singulos per Christi Domini, cui inseruiunt, viscera misericordiæ monemus, & enixè precamur, vt secularia prorsùs desideria abnegantes, quas muneris sui esse partes intelligant, omnique studio, & diligentia adimpleant. Aliqua propterea à Prædecessorum Nostrorum constitutionibus præscripta fuere ad eorum mores ritè, & rectè componendos, ita

ita vt si omnimodè seruentur, veram ipsi Religionem pręseferant. Eas nouitèr instituere, & in medium proferre incongruum arbitramur, abundè enim præscripsisse noscimus si super ijsdem confirmandis versabimur.

Eisdem igitur pręcipimus,& mandamus, vt Decretis Sacri Conc. Trid., & Visitationis Apostolicæ, ac Patriarchalibus præfatis Constitutionibus pareant, omnia, & singula, quę ab eis præscribuntur, obseruent, commissa adimpleant, vetita fugiant, sub pœnis in eis contentis, alijsque arbitrio Nostro infligendis.

Vt autem aliqua eorum, quæ Pastorale Officium Nostrum magis excitant ex integro dicamus præter ea, quæ aliàs à Nobis statuta sunt, & Typis edita, præcipimus, & mandamus, vt singuli Clerici huius Ciuitatis Ecclesijs Parochialibus, & Collegiatis inseruientibus, in Minoribus Ordinibus constituti, quocunque summo mane sint in Ecclesia ad Officium B. M. V. simul, & deuotè recitandum.

Omnes autem Clerici præcipuè verò, qui in aliquo Minorum, seu etiam Subdiaconatus, & Diaconatus ordine sunt constituti, quolibet saltem Mense, & solemnioribus anni festiuitatibus peccata sua confiteantur Confessarijs à Nobis specialiter designatis, & deputatis, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum recipiant; Sacerdotes verò, & Sacrum peragentes semel pariter in hebdomada Sacramentali confessione vtantur.

Sanctissimum Viaticum quandocunque deferendum sit infirmis, & pręcedenti Campanę sonitu, & signo moniti fuerint, superpelliceis induti ea, qua par est

animi veneratione comitentur, ita vt omnes intersint ad Deum hymnis, & Canticis benedicendum, & collaudandum.

Spiritualia quoque exercitia iuxtà aliàs à Nobis pręscripta persoluant,& singulis Congregationibus Casuum Conscientiæ in suo saltem sexterio interueniant.

Christianam Cathechesim statutis solemnibus diebus frequentent, pueròsque instruant in Mysterijs Fidei, & alijs Iesu Christi, & Ecclesiæ præceptis, ne fortè cum eis loquatur Dominus quando conqueritur, dicens; *Paruuli petierunt Panem, & non erat qui frangeret eis.*

Laruati numquam siuè publicè, siuè priuatim incedant, neue comedijs alijsque inanibus spectaculis intersint, aut in loco, seu Apotheca, in qua luditur aleis etiam curiosè spectantes reperiantur, ac tabernas ad comessationes, & conuiuia facienda nunquam adeant. Ijs verò pręsertim qui in Maioribus sunt Ordinibus constituti, vel Beneficium etiam simplex possident, tam Iurisdictioni Nostræ immediatè subiectis, quàm exteris, qui de licentia Nostra Missam celebrant in hac Ciuitate, præcipimus, & Canonum Iure, ac Sacri Conc. Trid. dispositione sess. 14. cap. 6. de Reformatione strictè præcipiendo mandamus, vt Vestibus Clericalibus Ordini, & dignitati conuenientibus vtantur, & habitum Talarem in Ciuitate induant, iisdemque induti modestè semper incedant: ad imitationem, formam, & vsum secularium (à quorum Actibus Sacerdotes, & alij ad Sacros Ordines promoti omninò distingui debent) nullatenùs Vestes deferre pręsumant: à sordido etiam Vestitu, & neglecto caueant, & abstineant; luxum, nimiumque delicatam Vestium pom-

pompam prorsùs euitent, nullaque excogitata causa, & prætextu Pallium, aut Vestem deferre præsumant, quæ nigris coloris non sint.

Cum autem quotidiana ferè experientia doceat, quamplurimos Sacerdotes præsertim alterius Diœcesis, commorantes in hac inclyta Ciuitate, publicè vagari non tantùm breui veste inducos, sed etiam cæsariem ferentes, vulgò con Perucca, volumus, & mandamus sub pœna arbitrio Nostro, ac strictè præcipimus, vt ij nunquam ad Sacrum peragendum in quacunque Ecclesia Nobis subiecta admittantur à Parochis, siue Sacristis, seu à quacunque alia Ecclesiastica Persona, etiam si exhibeant licentiam Nostram in scriptis, quam potiùs malis artibus obtentam, quàm à Nobis concessam censeant, & quas omnes ex nunc, prout ex tunc, reuocamus, & abolemus.

Si quis post huius Nostræ Synodi promulgationem in præmissis, & singulis respectiuè dispositis, & statutis non paruerit, sciat se grauibus pœnis arbitrio Nostro etiam suspensionis à Diuinis, si res ità postulauerit, & de eorum innobedientia, ac contumacia constiterit, à Nobis mulctandum, & plectendum, innouando, & etiam exequi mandando Patriarchales Constitutiones, & Edicta, tàm in Synodo Sagreda, quàm Nostra aliàs desuper emanata, & promulgata, quæ infra registrari mandamus, ad effectum, vt sub eorum oculis sint, & reiecta prorsus quacunque ignorantiæ occasione inuiolabiliter obseruentur; saluo in reliquis Decreto octauo Synodi Sagredę, in quo permittitur tempore pluuiæ, niuis, ac luti, breuioribus vestibus vti, nigri tamen coloris, & extra Sacras functiones.

LET-

LETTERA PASTORALE,

Publicata li 25. Settembre 1706.

PIETRO BARBARIGO

Per Diuina Misericordia Patriarca di Venezia, e Primate della Dalmazia, &c.

Al Nostro Venerando Clero Salute, e Benedittione nel Signore.

HAuendoci la Diuina Prouidenza destinati al gouerno di questa Chiesa, concepisce anco il Nostro Cuore li timori, che sogliono essere compagni à chi presiede, e la speranza, ch'allegerisce il peso del medesimo grauissimo rispetto alla tenuità delle Nostre forze; quelli per l'obbligo, che habbiamo contratto con Dio, questa per l'ordinata distributione nell'esercitio del Ministero; Quant' arduo riesca l'impegno Pastorale con strettissimo rendimento de conti, al quale siamo tenuti per Giustizia, tanto può seruire di mezo ad acquistarci vn bel merito, se sarà maneggiato con la douuta veneratione verso il Cielo, che ci benefica, e con Carità verso l'Anime, che dobbiam reggere. L'ingresso al Nostro Carico fù vna ferma promessa di conseruarsi al maneggio con tutti due

questi

questi fini, acciò nel primo riceua Dio la fedeltà del possesso delle Nostre attentioni, e nel secondo confessi il prossimo l'obbligatione contratta con Dio, e la rettitudine della Nostra mente in ordine alla Nostra Condotta. Questi desiderij, come in noi sono ardentissimi essigono etiamdio la più esata rassegnatione de Sacri Ministri, hauendo bisogno de suoi mezi per il conseguimento di quegl'effetti, à i quali è indrizzata la Nostra pia, e zelante intenzione. Con l'armonia di questi affetti spirituali Noi viueremo contenti nel portare la Croce della Nostra Cattedra, voi felici nell'alleggerirci il peso, il popolo diuoto nell' adorare il gran Dio della Croce, e della Cattedra.

Perche ciò habbi à succedere, come viuamente desideriamo, abbracciandoui prima nel Signore con affetto da Padre più, che con auttorità di preeminenza, benche vogliamo sperare, che Voi non solo siate memori degl' Apostolici ammaestramenti, ma etiamdio attenti essecutori dei salutari precetti di Chiesa Santa, habbiamo stimato conuenire all'Officio Nostro di raccordarui la sublimità del vostro Carattere ad effetto di porui in necessità di conoscere il debito delle vostre operazioni.

Considerate adunque, Dilettissimi, l'Eccellenza, e la grandezza del Sacerdote Euangelico, la potestà sua di rimettere li peccati, di consagrare il Corpo, & il Sangue di Nostro Signore, facendo col primo ascender l'huomo al Cielo col Sacramento della Penitenza, col secondo discender Dio viuente in Terra nel Sacramento dell'Eucharistia, e come Dio hà prescielti li Sacerdoti per il vantaggio dell'honor suo, e della sua Gloria,

ria,

ria, hauendoli fatti approssimare à Sua Diuina Maestà col mezo di grado così eminente, pretende etiamdio, che maggiormente s'auicinino col mezo d'vna Virtù, e Santità essemplare, & heroica.

L'estesa della potestà, e carattere Sacerdotale è vna emanatione della suprema auttorità di Giesù Christo, ordinata à produrre effetti sopra naturali, cioè la remissione de peccati, e l'infusione della Gratia.

Essendo adunque li Sacerdoti Ministri di Dio, deuono essere à Secolari vn essempio di tutte le virtù, e buone opere, e diffondere in ogni luoco col mezo delle sue attioni, e parole il buon odore di Giesù Christo, onde oltre l'innocenza della vita, e l'integrità de costumi, prudenza, e circospettione, tutti accesi di zelo deuono hauer le viscere piene di Carità, di Mansuetudine, di Misericordia, di dolcezza, e di patienza; essendo necessario in quello, che vuole risplendere, che porti in se stesso l'origine della sua luce, douendo santificar gl'altri, come nelle cose spirituali li primi membri di Giesù Christo, così deue concorrere in voi la Santità non solo in riguardo à Dio, ma rispetto à Voi medesimi, & al vostro Prossimo.

La Nostra Cura Pastorale ci obliga à rammemorarui, che l'officio, impiego, & operatione vostre deuono esser tutte à Dio, e tutte all'huomo, à Dio col mezo de Sacrificij, e dell' Orationi, rendendogli la Gloria, & honor sourano douutogli, all'huomo con l'amministratione de Sacramenti, e della parola Diuina, con la communicatione della Gratia, e dello Spirito, santificando le loro Anime col mezo degl'essercitij della Religione, perche mancando ne i Sacerdoti l'-

aiuto

aiuto del loro Ministero viene anco ad intepidirsi, e mancare negl'altri il feruore della Pietà, e della diuotione. Onde eccittiamo in Voi, e nella vostra Condotta l'attentione, solecitudine, e vigilanza à prò del Nostro Gregge, riguardando, e soccorrendo li Peccatori, come membri infermi del Corpo del figliuolo di Dio, ne potrete dar proua più euidente à Nostro Signore, che di prender cura di chi egli hà redento con lo spargimento di tanto sangue, come soggetto de suoi combattimenti, e delle sue pene, e come il Prezzo, e Mercede delle sue Vittorie.

Oltre l'indispensabili obligationi vostre d'operare nella Vigna di Giesù Christo vi raccordiamo di edificare questo amatissimo Gregge con la purità, & essemplarità de' vostri costumi, rendendosi ben certo, che tutto il bene del Christianesimo nasce dall'essempio degl' Ecclesiastici, nella fronte de quali hà impresso Dio la sua auttorità, nella lingua la sua parola, nelle lor mani il suo Sangue, e la sua Chiesa, & essendo le Prerogatiue, & Virtù degl'Ecclesiastici, come raggi riflessi della Diuina grandezza, con lo splendore della Vita abbellite la dignità, con gl'ornamenti delle Virtù fatteui degni del grado, in cui siete collocati, & vnite con la candidezza del vostro Cuore la sublimità del Carattere impresso nelle vostre Anime.

A voi dunque s'aspetta seminare gl'essempij per raccogliere, non solo il frutto ne gl'altri d'vna pia, diuota, e Religiosa imitatione, ma etiamdio esigere quella veneratione, che merita il vostro Carattere, e l'obligo, che hauete contratto con Dio d'eccitare con la rettitudine delle vostre attioni, e vita, la salute di

quell' Anime, che à voi sono commesse, e che l'indispensabile Nostro debito Pastorale ci obliga, e stimola à raccordarui.

Dalle Piaghe Santissime del Redentore imploriamo nel Cuore del Nostro dilettissimo Clero, che con tenerezza Paterna abbracciamo, impresse queste massime, siano le Nostre premure essaudite, acciò Voi godiate il merito della Mediatione, Noi la sicurezza del gouerno Pastorale, Tutti il contento d'hauer seruito Dio, beneficato il prossimo, assicurata la Gloria.

Dat. in Venezia dal Palazzo Patriarcale li 25. Settembre 1706.

(PIETRO PATRIARCA DI VENETIA, &c.

Antonio Bettelli Dottor Cancellier Patriarcale.

Editto sopra il Vestir Religioso

Publicato li 14. Nouembre 1707.

PIETRO BARBARIGO
Per Diuina Misericordia Patriarca di Venezia, e Primate della Dalmazia, &c.

HAbbiamo fin dal principio di questo Nostro gouerno ammonito con Lettere Pastorali ciascuno di

di questo Nostro dilettissimo Clero, à voler esser vero Ministro di Dio coll'innocenza della vita, purità, & esemplarità di costumi, raccordandogli specialmente l'eccellenza, e grandezza del Sacerdote Euangelico. Quindi è, ch'habbiamo concepita ferma speranza, mediante le nostre paterne ammonitioni, ch'ogn'vno douesse considerare la sublimità del proprio grado, e ritraere in se stesso vn Essemplare di tutte le virtù per diffonderle in ogni luogo col mezzo di saggie, modeste, e prudenti operationi, e contegno corrispondente al proprio stato, carattere, e Ministero, che esercitano.

Mà con somma afflittione, & horrore dell'animo Nostro nel scorso tempo dell'officio Pastorale, che sosteniamo, habbiamo hauuta notitia, e veduto con gl'occhi proprij in molti Sacerdoti, e specialmente in quelli di aliena Diocese l'inosseruanza, e la scompostezza dell'habito, e Tonsura, mentre non s'arrossiscono di farsi vedere per la Città, Piazze, Sacristie, e ciò che causa maggior horrore, anco à gl'Altari, con Capigliatura, e Veste scandolosa, studiando solo di farsi vedere tutti diuersi da quello ricerca il loro grado, e conditione, & in tal modo dimostrando la poca stima, che fanno del loro carattere, nulla riflettendo alle pene Ecclesiastiche fulminate da Sacri Cannoni, Constituzioni Sinodali, e dà replicati Decreti, & moltiplici Editti de Nostri Predecessori, etiam di sospensione à Diuinis ipso facto incurrenda, da Noi confirmati, e con le forme, e conditioni da noi prescritte, e contenute, etiamdio nelle facoltà, e licenze respettiuamente concesse alli medesimi.

Volendo però Noi sodisfare al debito delle Nostre

incombenze col diuertire, & applicare l'opportuno rimedio ad vn scandalo, e contrauentione sì perniciosa, habbiamo deliberato, abbondando negl'atti di Carità, preuie le Paterne ammonitioni, & esortationi di procedere alla Confirmatione in quanto vi sia bisogno dei sudetti Decreti, & Editti, & etiamdio di cominare, e fulminare à gl'innobedienti, tutte quelle pene, che nelle Constitutioni, Decreti, & Editti de Nostri Predecessori vengono stabilite, e particolarmente quella di sospensione *à Diuinis ipso facto incurrenda*, & à noi solo riseruata.

E perche resti essequita questa Nostra costante deliberatione, e volontà, ammoniamo seriamente, ordiniamo, & espressamente comandiamo, e decretiamo, che tutti li Sacerdoti, così della Nostra, come d'aliena Diocese, che in questa Città dimorano, debbano nel termine di giorni quindeci riformarsi in maniera propria, e conueniente allo stato Clericale, e non meno alla forma prescritta dalle Constitutioni Patriarcali, Decreti, & Editti sopracennati, che alla condizione della Vita, che professano con Veste Talare, senza Capelli posticci, e con Tonsura tale, che le Orecchie rimangano scoperte, si veda la Chierica di grandezza ordinaria, & in euento di contrafattione non sia loro permesso Celebrare in alcuna delle Chiese, Oratorij, e Capelle à Noi soggette.

Per l'intiera essecutione di questo Nostro ordine comandiamo specialmente à tutti li Sacrestani, Capellani, ò sotto qual si sia nome assistenti alla Cura delle Sacristie d'ogni nostra Chiesa, così di Preti, come di Monache, d'Oratorij, ò Cappelle, di non permettere

alli

alli contrafacenti di celebrare Messà, ouero assistere ad alcun Diuino Officio, espressamente proibendo alli medesimi sotto le stesse pene, che non tengano quelle Vesti senza Maniche, che da loro vengono riseruate ad effetto di prouedere alli Sacerdoti contumaci, che non hanno rossore di comparire nelle Sacristie con Veste corta, e poco meno che Secolaresca.

Al qual fine ordiniamo, e comandiamo, che le presenti siano tenute affisse nelle Sacristie di tutte le Chiese in questa Città, & à Noi soggette, così per togliere il pretesto dell'ignoranza, come per hauer innanzi à gl' occhi la qualità dell'incarico, che in virtù di Santa obbedienza gl'imponiamo. Sicuri noi, che non vorranno aggrauar l'anime loro, dando fomento alla Scompositione esterna de Sacerdoti, dalla quale si deduce l' interna corruttione de religiosi costumi: e vagliano affisse, come se fossero pesonalmente intimate, e presentate à ciascheduno di essi.

Dat. dal Palazzo Nostro Patriarcale li 14. Nouembre 1707.

(PIETRO PATRIARCA DI VENEZIA, &c.

Antonio Bettolli Dottor Cancellier Patriarcale.

Editto

704

Editto per la Dottrina Christiana

Publicato li 14. Aprile 1708.

PIETRO BARBARIGO.

Per Diuina Misericordia Patriarca di Venezia, e Primate della Dalmazia, &c.

POiche và vnita all'obligo, che hà ogni Fedele di saper le verità della nostra Santa Fede, l'incombenza che tiene prima chi presiede alla cura dell'anime, e poi chi s'incamina al grado Sacerdotale, d'insegnar alle Persone idiote quelle cognizioni, senza delle quali non si può ne ben credere, ne ben viuere, e per conseguenza ne meno saluarsi; il che siegue con altretanto pregiudizio del Popolo Cristiano, quanta è la diminuzione della Gloria di Dio. Per il che desiderosi Noi di prouedere al bisogno d'vn' Istituto il più importante tra tutti gl'altri della Christiana pietà, qual è quello della Dottrina, e volendo che alla sollecita Carità di tanti buoni Secolari, veduti da noi con nostra estrema consolazione nelle visite continue, che facciamo delle Scuole, impiegarsi con lodeuolissimo esempio in così Santo esercizio, corrisponda la douuta applicazione de gl'Ecclesiastici, inherendo anco a Decreti più volte in simil materia emanati da' Predecessori Nostri.

In

In primo luogo esortiamo con i sensi più viui delle nostre paterne Viscere li MM. Reuer Piouani ad essercitarsi feruorosamente in quest' opera propria del loro Officio, non solo solecitando i suoi Parochiani à venir ad insegnar la Dottrina Christiana, e condurre, ò almeno mandarui i suoi Figliuoli, Garzoni, ed altri alla loro Cura soggetti; ma ancora interuenendo essi personalmente più spesso, che potranno al tempo sì delle Classi, come delle Congregazioni, oue possano incalorir con forti ammonizioni gl'operari alla Santa perseueranza; Così anco deputando, se non vi fossero Sacerdoti idonei da Noi prima riconosciuti, per quell'Istruzione, e spiegazione della Dottrina, che si fà à gl'Adulti doppo le Classi in mezo alla Chiesa, al qual punto si riduce tutto il fine di questo Religioso impiego. E finalmente dando quell'aiuto, e commodità di tempo à tutti gl'essercizj, che commandano le Costituzioni de' nostri Predecessori, non facendo suonar il Vespero prima di due ore doppo del mezo giorno.

A' gl'altri poi, che sono dello stato Clericale imponiamo, & espressamente commandiamo, che debbano andar pontualmente ad imparar la Dottrina Christiana nelle sue Chiese, se in esse vi saranno Scuole de Putti; se nò, nelle Chiese più vicine, ouero se la sapranno, vadino ad insegnarla a gl'altri, con vbbidienza à Capi della Scuola; mentre li facciamo intendere, ch' assolutamente non saranno ammessi all' Esame de' loro ordini, se non portaranno le Fedi d'esserui stati ogni Festa, cauate da' Libri à questo fine fedelmente tenuti da Sottopriori, sù i quali ogn'vno di essi douerà scriuer

di

di proprio pugno il suo Nome in segno d'esserui interuenuto. Incaricando li medesimi Sottopriori à non lasciarli notare, quando non vengano (saluo legitimo impedimento) sul principio dell'opera; essendo nostra rissoluta volontà di toglier ogn'abuso, e negligenza de' trascurati, ed innobedienti.

Così pure intendiamo, che quegli Sacerdoti, i quali voranno esser ammessi all'Esame per le Confessioni, debbano portar incluse nelle presentazioni de loro Pio-uani, gl'attestati d'hauer con frequenza assistito all'Esercizio d'insegnar la Dottrina.

Eccitiamo per vltimo li Padri Predicatori, e Confessori, acciò con efficacissime, e frequenti esortazioni incarichino le conscienze de' suoi Vditori, e Penitenti respettiuamente, perche vadino a quest'impiego degno d'vn vero Cristiano, e non lascino di mandar i loro Figlioli, Garzoni, & altre persone soggette alla sua potestà, intimandoli che douranno render strettissimo conto al gran Giudice Iddio nel punto della sua morte, se per negligenza, e molto più, se per tenerli impiegati ne gl'affari temporali, e domestici quelle pouere Creature, non hauranno imparato con orribile discapito dell'Anima gl'oblighi del viuer Cristiano, e la strada necessaria per arriuar all'eterna salute, la quale per loro è perduta, ogni volta che non sappino i Misteri della Cattolica Fede; imperoche; *hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem Misisti Iesum Christum,* come attesta, ed intima il Vangelo.

Et accioche questo nostro presente Decreto abbi la douuta, e pontual essecutione, ordiniamo che ne sia data vna copia à Sottopriori delle Scuole, la quale stia

affissa

affiſſa nelle Chieſe ſopra vna tauoletta in tempo, che s'attende alla Dottrina, & vna ſia mandata per tutte le Chieſe da eſſer tenuta affiſſa nelle Sagreſtie, affinche ogn'vno ſappi le proprie incombenze, commeſſeli prima da Dio, e poi dal noſtro debito Paſtorale.

Data dal Palazzo Patriarcale li 14. Aprile 1708.

(PIETRO PATRIARCA DI VENETIA, &c.

Antonio Bettolli Dottor Cancellier Patriarcale.

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

SAcroſanctum Miſſæ Sacrificium, in quo nil gratiùs Deo offerri, nec ſanctiùs à Nobis ſuſcipi poteſt ad remiſſionem peccatorum obtinendam, tanta cordis puritate eſt peragendum, vt ne minimum quidem ſummæ deuotionis, ac pietatis ſtudium ommittamus, cum enim offeratur Chriſtus Dominus Sacerdos ſimul, & Agnus; Quid gratiùs inquit D. Auguſtinus offerri, aut ſuſcipi poteſt, quàm Caro Sacrificij noſtri corpus effectum Sacerdotis noſtri.

Multa propterea hoc loco potiſſimùm eſſent ſtatuenda, quæ ad Miſſarum Celebrationem, & rem prorsùs Diuinam faciendam ſpectant, verum quia ſatis abundè Prædeceſſores Noſtri ſuper his decreuerunt, ea omnia,

& singula in præsenti tantummodò referre; voluimus pro omnimoda eorum confirmatione, & inuiolabili respectiuè executione, ac adimplemento.

Primò, igitur decernimus, & mandamus seruari omnia, & singula monita, quæ in Synodo Maurocena prima omnibus Sacerdotibus exhibita, ac vulgari sermone concepta fuere pro cæremonijs in Missa peragendis.

Confirmamus etiam, & seruari, ac adimpleri mandamus sub pœnis etiam arbitrio Nostro benè visis ea, quæ in secunda Synodo paritèr Maurocena ordinata, præscripta, & decreta fuere in Capitulo de celebratione Missarum incipiente; *Sacrosanctum Missæ Sacrificium*.

Insuper mandamus, & præcipimus omnibus, & singulis Sacerdotibus in hac Ciuitate, & Diœcesi degentibus, ac Nobis subiectis, ne sub pœna Suspensionis à Diuinis, sub quouis colore, prætextu, & causa audeant, & præsumant, in quauis Ecclesia, aut Oratorio Iurisdictioni Nostrę in hac parte subiectis, & quæ nullo gaudeant speciali approbato, & recognito priuilegio Missas celebrare, aut celebrari facere ante auroram, nec post meridiem, nisi ex causa iure permissa.

Statuimus etiam, & sub pœna arbitrio Nostro prę- cipimus, vt in solemnibus Missis Sacerdos celebrans, Diaconus, & Subdiaconus ministrantes, ritus omnes à Rubricis Missalis Romani præscriptos suis loco, & tempore exequantur, nec vllo modo Offertorium facere, & oblata incensare (quod prorsus incongruum est) audeant, nisi Symboli Apostolici cantu (quando haberi contingat) à Choro finito, & absoluto.

Item præcipimus, & mandamus, vt feria 5. in Cœ-

na

na Domini vna Miſſa tantùm illius diei celebretur propria in quacunque Eccleſia, aut Oratorio Iuriſdictioni Noſtræ in hac parte ſubiectis; in Sabbatho verò Sancto, in iiſdem pariter Eccleſijs, præter Miſſam ſolemnem, quæ celebrari ſolet, nullus Sacerdos Miſſam priuatam celebrare audeat, aut præſumat, prout Conſtitutiones Patriarchales, & ſpecialiter ritus Eccleſiæ preſcribunt.

DE

MANSIONARIJS.

VT autem debitum Manſionariarum Officium preſtetur, & earum obligationes omnimodè adimpleantur Prædeceſſorum Noſtrorum veſtigia pariter ſequentes præcipimus, & mandamus, vt in Sacriſtia cuiuslibet Eccleſiæ Iuriſdictioni Noſtræ ſubiectæ proponatur, & ibi perpetuò affixa retineatur Tabella, in qua deſcribantur Miſſarum onera, & numerus pro quacunque Manſionaria perſoluenda, & regiſtrentur redditus, ſeu eleemoſinæ cuilibet Manſionariæ ex ſui inſtitutione, Teſtamento, uel legato, ſeu etiam ex legitima reductione applicatæ, à quibus perſoluantur, ac nomen, & cognomen Sacerdotis, à quo actualiter præfatæ Miſſæ celebrantur, ſeu debent celebrari, ita vt in omnibus deſcribendis ſequens ordo, & formula reſpectiuè ſeruetur.

Manſionaria quotidiana (ſi talis ſit ſin minus,) *di giorni* N. *alla Settimana*, aut, *al Meſe*, *da eſſer celebrata all'Altare* N. *nelli giorni* N. *preſentemente officiata dal M. R.* N.N., *s' eſigge l'elemoſina di Ducati* N. *dalla Scola* v. g., *del Santiſſimo Sacramento*.

Ne verò quiſquam ex Sacerdotibus, quibus incumbit prædictis Miſsarum oneribus annuatim ſatisfacere, in Animarum fraudem, & propriç conſcientiæ detrimentum (quod non eſt credendum) iniunctum ſibi munus, & aſsumptam obligationem prætermittat, præcipimus, & mandamus ſingulis Eccleſiarum Nobis ſubiectarum Plebanis, Rectoribus, ſeu Sacriſtis, vt ſub pœnis arbitrio Noſtro initio cuiuslibet anni impoſterum conſtrui faciant, & in Sacriſtia cuſtodire debeant librum, in quo Manſionarij omnes poſtquam Miſsam celebrauerint, habita ratione dierum eorum obligationis, manu propria, non autem aliena, deſcribant proprium nomen, & cognomen.

Præfatus autem liber intituletur *Liber Manſionariarum*, nec in eo vllo vnquam temporę deſcribantur alia Miſsarum onera cuiuſcunque generis, ſiue Manuales dicantur, ſiue ex ſupplemento nuncupentur, quæ pariter ſeparatim, & diſtinctim in ſuo quælibet libro erunt ſignandę, & deſcribendæ.

Quolibet verò die per Plebanum, ſeu Sacriſtam in ipſo libro deſcribantur Manſionariæ, quæ iuxtà inſtructionem prænarratæ Tabellæ officiari debent in ipſa die; ità tamen, vt quælibet Manſionaria ſuam habeat cellulam ſeparatam, diſtinctam, ac ſuprà, & infrà lineatam ad ſequentem reſpectiuè formam v. g.

Adi 30. *Maggio* 1714.

Manſionaria N.

Manſionaria N.

Manſionaria N.

Si

Si autem contingat illa die per Mansionarium ipsum non celebrari, aut per alium à se destinatum, & deputatum officio suo non satisfieri, tunc in ipsa eadem die post omnium Missarum celebrationem, prefatus Plebanus, Rector, seu Sacrista, ad efugiendam pariter quamcumque posteriorem fraudem, in cellula ipsa deficientiæ testimonium faciat describendo hæc verba: *Non fù officiata*.

Quia verò institutę reperiuntur etiam Mansionariæ, non designatis determinatis diebus, in quibus Mansionarij celebrare teneantur, auctoritatem super his impertimur Adm. R.R. Plebanis, vt vnusquisque ipsorum in propria Ecclesia, ita eas distribuere valeat, vt iuxtà Constitutionem Priolam, tùm diebus Dominicis, tùm singulis hebdomadę diebus pręfinitum habeat Missarum numerum, ratione tamen semper habita, vt diebus Dominicis conueniens Missarum numerus existat, qui populo cumulatè satisfaciat. Quod si facere neglexerint, aut recusauerint, Mansionarius ipse quacunque die celebrauerit pro sua obligatione, officio suo satisfecisse testetur describendo immediatè sub cellulis eadem die cadentibus, titulum Mansionariæ cum suo nomine, & cognomine.

Præfatis verò Plebanis, Rectoribus, & Sacristis inhibemus, & inhibendo mandamus sub pœna satisfaciendi, & supplendi de proprio, ac alijs arbitrio Nostro, ne vllo unquam tempore audeant, & præsumant vlli Mansionario fidem suæ adimpletæ obligationis anteà exhibere, nisi priùs ex eodem libro adimpleta re ipsa fuisse dignoscatur, vel nisi prius pro Missis, iuxtà dierum exigentiam non celebratis, fuerit plenariè, & omnimo-

nimodè satisfactum in libro supplementorum. Porrò eos, qui obtinendo tale testimonium fraudem comisisse ausi fuerint, ita vt constet ex malitia exigisse id, cui non fuit integrè satisfactum, pœna suspensionis à Diuinis puniemus.

Omnibus verò, & singulis Sacerdotibus cuiuscunque gradus, & conditionis existant, pręcipimus, & mandamus, vt quilibet eorum vltra septem Missas in hebdomada retinere non possit, propterea, qui plures quàm septem celebrandi officium pro qualibet hebdomada in præsenti habent, nisi infra duos menses numerum excedentem dimittant, suspensionem à Diuinis arbitrio Nostro duraturam aliàs à Prædecessoribus Nostris statutam non euadent.

Eosdem autem omnes, & singulos Plebanos, Ecclesiarum Rectores, & quascunque Ecclesiasticas personas Iurisdictioni nostrę subiectas hortamur, & monemus, vt quandocunque ad eos spectare contingat Mansionarias distribuere, & Mansionarios eligere, Apostolicæ Visitationis Decretis non minùs pareant, verùm etiam omnia, & singula in Constitutione Priola in sua prima Synodo cap. XIII. præscripta, & ordinata adimpleant, ita vt Mansionarię omnes Presbyteris tantum Secularibus, & qui Nostri dilectissimi Cleri membra existunt, modo, & forma in ea Constitutione relata conferantur, & à secularibus etiam Personis, prout fieri potest conferri procurent.

Cupientes etiam eidem Nostro dilectissimo Clero suffragari quoquomodo possumus, hortamur, & monemus omnes præfatos Plebanos, Rectores, & Sacristas, vt quandocunque occasione alicuius funeris, seu

alia

alia de causa in suis Ecclesijs aliquis missarum numerus celebrari contigerit, eam charitatem adhibeant, vt prius inuitentur, & pręferantur Sacerdotes Veneti, si qui de Mansionarijs non sint prouisi, & subindè de alijs Forensibus prouideatur, ad præfatum Missarum numerum adimplendum.

Ad tollendas etiam illicitas pactiones, quæ pro Missis celebrandis, aliquando fieri solent à quibusdam Sacerdotibus, pręcipuè verò ab ijs, qui à Nostro timoratę conscientiæ Clero segregantur, & alienę Diœcesis subditi in hac inclyta Venetiarum Ciuitate commorantur, lucra potiùs quærentes, quàm congruentem sustentationem, publico aliàs Edicto decreuimus ea, quę conscientię, & auctoritati Nostræ Ordinariæ placita fuere, quod quidem edictum in præse nti Synodo denuò publicamus, & confirmamus, ac in ter acta, & Constitutiones Synodales inserimus.



Editto

Edittoſopra l'Elemoſine delle Meſ-ſe, e circa il Veſtire de' Sacerdoti,

Publicato li 19. Febraro 1710. à N. D.

PIETRO BARBARIGO

Per Diuina Miſericordia Patriarca di Venezia, e Primate della Dalmazia, &c.

HAuendo Noi certa notitia, e coſtandoci euidentemente, che molti Sacerdoti dimoranti in queſta Città, quando ſono inuitati à celebrare la Santa Meſſa nelle Chieſe ſoggette alla Noſtra Giuriſdittione, poſpoſto il timore d'Iddio, e nulla curando l'ammiratione, e lo ſcandalo, che generano nelle perſone Secolari, come pure in diſprezzo di quanto viene ſtabilito dalle Conſtitutioni Sinodali Patriarcali, in propoſito dell'Elemoſina, che ſi determina per cadauna Meſſa, diſtinguendo etiamdio li giorni feriali, dalli giorni feſtiui, non s'arroſſiſcono, anzi hanno ardire col riguardo del ſolo loro intereſſe temporale mercantare, e contrattare ſopra l'Elemoſina medeſima delle meſſe, ricercando, come ſe foſſe prezzo mercantile, Elemoſina maggiore di quello viene decretato dalle ſopra eſpreſſe

Co-

Conſtitutioni, Taſſa competente, e proportionata; Accettata, & auallorata anco dall' vſo, e dalla conſuetudine di queſta Città, e Dioceſe; Volendo però coll'adempimento della Noſtra Paſtoral Vigilanza, à diuertimento delli Scandali, poner opportuno rimedio ad vn tal reprobato abuſo, & inconueniente, inerendo alla diſpoſitione delle ſopradette Conſtitutioni, quali in quanto vi ſia biſogno confermiamo per la ſua pronta, e pontuale eſſecutione, eſpreſſamente proibiamo ad ogni, e qualunque Sacerdote di qual ſi ſia ſtato, e conditione, ſoggetti nel punto della Celebratione della Santa Meſſa alla Noſtra Giuriſdittione, che non debba, ò reſpettiuamente, debbano in alcun tempo contrattare, pretendere, ouero eſiggere per l'Elemoſina di ciaſcheduna Meſſa in qualunque Chieſa foſſe inuitato, ò foſſero inuitati, più di Soldi trenta ne' giorni feriali, e di Soldi quaranta ne' giorni Feſtiui, à norma delle ſopraccennate Conſtitutioni, e di quanto doppo la promulgatione delle medeme è ſtato dipoi lodeuolmente pratticato; E ciò ſotto pena di Soſpenſione à Diuinis ipſo facto incurrenda, ſenz'alcun' altra dichiaratione alli Traſgreſſori, in caſo di diſubbidienza; Al qual effetto ſaranno da Noi fatte fare le più eſatte diligenze per venire in cognitione delli Contrafattori; Anzi incarichiamo li Reuerendi Sagreſtani delle Chieſe medeſime, & eſpreſſamente loro Commandiamo, che ſcoprendo in alcuno de ſopradetti Sacerdoti il ſopraccennato diffetto, e dannato intereſſe, non permettino, anzi neghino loro il celebrare la Santa Meſſa, e ci faccino dipoi ſubito penetrare li Nomi, e Cognomi delli medeſimi, che in diſprezzo de Sacri Canoni,

e delle ſoprallegate Conſtitutioni ardiſſero contrauenire à queſta Noſtra deliberata Volontà, altrimente procederemo contro d'eſſi Reverendi Sagreſtani con quelle pene, che ſaranno da Noi giudicate proprie, e conuenienti; Raccordando frà tanto l'obligo, che anch'eſſi hanno di concorrere coll' aiuto della Noſtra Auttorità alla correttione, & emenda di tali dannati abuſi, e di dar freno poſſibile alli Traſgreſſori, e contumaci. In oltre per abbondare negl'Atti di Charità, e nelle Paterne Noſtre Ammonitioni, & Eſortationi, ſopra l'abuſo della Capigliatura, Veſti curte, Habiti ſcandaloſi, & Tabarri di colore Violetto, e Paonazzo, con li quali ſenza tema delle pene Eccleſiaſtiche molti Sacerdoti hanno ardire di farſi vedere per la Città, Piazze, Sacriſtie, e con eccesſo d'irriuerenza, e di ſcandalo, alcuni anco à Sacri Altari, Rinoviamo ſopra di ciò, e confermiamo in tutte le ſue parti l'Editto da Noi ſino ſotto li 14. Novembre dell'Anno 1707 publicato; Incaricando ogn'vno alla pontuale, & eſatta oſſeruanza di quanto viene in quello preſcritto, ordinato, e commandato, eſſendo Noſtra ferma, coſtante, riſſoluta intentione, e volontà di procedere ulteriormente all'eſecutione di tutte le pene nello ſteſſo reſpettiuamente eſpreſſe, e contenute; coll'implorar etiamdio l'aiuto del braccio Secolare in quanto vi foſſe biſogno, per correttione, e caſtigo de Contumaci, e Contrafacienti. E perche non ſuffraghi mai ad alcuno l'ignoranza del preſente Noſtro Decreto, Commandiamo, che il medeſimo da chi s'aſpetta, ſempre ſia tenuto eſpoſto, & affiſſo in qualunque Sacreſtia delle predette Chieſe, etiamdio di Monache, à

Noi

Noi ſoggette, à chiara notitia, & intelligenza di ciaſcheduno. In fede di che, &c.

Dat. dal Palazzo Noſtro Patriarcale li 19. Febraro 1710. à N. D.

(PIETRO PATRIARCA DI VENEZIA,

Marco Dominoni, Dottor, Cancell. Patriarcale Mand.

DE
IEIVNIORVM
OBSERVATIONE.

SAcrum Ieiunium à Chriſto Domino conſecratum, ab Eccleſia verò præſcriptum, & definitum, tota animi Pietate eſset ſuſcipiendum, & ſeruandum à Nobis, qui in ea temporum calamitate verſamur, ut iram Dei iuſtè in Nos accenſam quotidie placare ſtudeamus. *Ieiunant etenim* inquit *Diuus Chryſ.* Hom. 3. ad populum Antioch. *Niniuitæ & miſericordiam conſequuntur.*

Lethalis verò peccati pœna contra Ieiunij violatores præſcripta ea eſse deberet, cuius ſaltem timore

omnes inducerentur ad Christi Domini exemplum imitandum, & Ecclesiæ præceptum adimplendum.

Nos igitur inhærentes S. C. T. decretis Parochos quoscumque monemus, ut dies Ieiunii denuncient Campanæ sonitu, & signo iuxtà laudabilem Ecclesiarum praxim, & consuetudinem, inuigilantes, ut ab omnibus seruentur.

Quadragesimali verò tempore quo aliquis siue ob corporis imbecillitatem, sive ob actualem aliquam aduersam valetudinem dispensatione indiget à cibis vetitis, non omnes Parochi dispensationem eamdem impertiantur nisi urgente necessitate, sed ii tantùm qui sunt à Nobis prout infrà deputati, qui etiam præfatam dispensationem nullatenus concedere possint aut debeant, nisi eisdem exhibita fuerit attestatio iurata in scriptis alicuius Medici approbati Catholicam Nostram tantùm Religionem profitentis, de iusta, & legitima causa obtinendæ huiusmodi dispensationis.

Dispensati autem omnes sciant quod licet à delectu ciborum sint dispensati, se tamen adhuc Ieiunorum obseruationi esse obstrictos, atque læthali peccato esse obnoxios, si escis illicitis utentes non ieiunauerint pro personarum tamen qualitate, ætate, & indigentia.

Omnes autem Plebani & Ecclesiarum Rectores Nobis subiecti pro eorum conscientia, & pro suis Parochianis tantùm, siue actu ægrotantibus, siue senibus, sexagenariis, puerperis, prægnantibus, nutricibus, ac urgenti, & inopinato casu periclitantibus, tantummodò dispensationem indulgeant; reliquos verò qui per Ciuitatem vagantur & non comprehenduntur in supra nominatis ad Nos, siue ad Vicarium, Pro Vicarium

carium, aut Auditorem Generalem, ſeu etiam ad inſraſcriptos, quos ſpecialiter deſignamus, & deputamus pro diſpenſationibus huiuſmodi ſeruatis ſeruandis concedendis, remittant.

DEPVTATI AVTEM SVNT

In Sexterio Caſtelli.

Adm. R. Archipresbyter Eccleſiæ Noſtræ Patriarchalis.
Adm. R. Plebanus S. Martini.
Adm. R. Plebanus S. Mariæ Formoſæ.

In Sexterio S. Marci.

Adm. R. Vicarius perpetuus S. Bartholomæi.
Adm. R. Plebanus S. Iuliani.
Adm. R. Plebanus S. Samuelis.

In Sexterio Canalis Regii.

Adm. R. Plebanus S. Fuſcæ.
Adm. R. plebanus S. Hieremiæ.
Adm. R. Plebanus S. Mariæ Nouæ.

In Sexterio S. Crucis.

Adm. R. Plebanus Sancti Simeonis Prophetæ.
Adm. R. Plebanus S. Euſtachij.
Adm. R. Capellanus Curatus S. Crucis Venetiarum.

In

In Sexterio S. Pauli.

Adm. R. Plebanus S. Siluestri.
Adm. R. Plebanus S. Pauli.
Adm. R. Plebanus S. Thomæ.

In Sexterio Dorsi Duri.

Adm. R. Plebanus S. Pantaleonis.
Adm. R. Plebanus S. Nicolai.
Adm. R. Plebanus S. Euphemiæ.

D E

CONGREGATIONE CASVVM CONSCIENTIÆ.

CVm aliàs publico Nostro edicto laudabilem Prædecessorum Nostrorum consuetudinem sectantes, statutis temporibus, Deputatisque Præsidentibus, pro discutiendis Conscientiæ casibus Congregationes fieri decreuerimus, maximè dolendum Nobis esset, si aliqui eorum, quos conuenire censuimus, nulla interueniente legitima causa, proficuum hoc institutum negligerent, ita vt penè in desuetudinem abiret.

Ne igitur vllo vnquam tempore deficiat præfatum Edictum, etiam in hac Synodo renouandum fore, & esse arbitramur, prout renouamus, mandantes omnibus, & singulis Confessarijs, Sacerdotibus, & Clericis in ali-

quo

quo ex Sacris Ordinibus constitutis, ac Nobis subiectis, vt singuli in suo Sexterio designatis diebus conueniant, ad audiendum, seu pertractandum quod pro congruenti discutione fuerit insinuatum, & propositum.

Renouantes propterea etiam pœnas in eodem Nostro Edicto contentas monemus, & certiores facimus omnes prædictos Confessarios, Sacerdotes, & Clericos, quod nemini eorum licentiam audiendi Sacramentales Confessiones confirmabimus, nullusque pro prima impetranda, seu respectiuè pro reliquis Ordinibus suscipiendis ad examen admittetur, nisi priùs legitimè docuerit præfatis Congregationibus diligenter interfuisse.

DEPVTATIO

Præsidentium, & Ecclesiarum pro Congregationibus Casuum Conscientiæ peragendis.

Emanata, & Publicata sub die 14. Nouembris 1707. & in præsenti renouata mandato Illustr. ac Reuerendiss. D. D. Patriarchæ.

IN Ecclesia Patriarchali fiet Congregatio eritque in ea Præsidens Admodum R. D. Angelus Rinaldi Archipresbyter eiusdem Patriarchalis Ecclesiæ, & conuenire debebit Capitulum, & Clerus eiusdem Ecclesiæ, ac etiam Ecclesiarum

S. Martini. S.Io:Baptistæ in Bragora.
S. Blasij. S. Antonini.

Ss.Tri-

Ss Trinitatis.	S. Seueri.
S. Iustinæ.	S Proculi.

IN Ecclesia Parochiali, & Collegiata S. Iuliani fiet Congregatio, eritque in ea Præsidens Admodum R. D. Antonius Zampironi S.Th. D. Vicarius Ecclesiæ Ducalis S. Marci, Plebanus eiusdem Ecclesiæ, & conuenire debebit Clerus ipsius, nec non Ecclesiarum

S. Mariæ Formosæ.	S. Bassi.
Ss. Saluatoris.	S. Bartholomæi.
S. Marinæ.	S. Canciani.
S. Mariæ Nouæ.	S. Ioannis Chrisostomi.
S. Ioannis in Oleo.	

IN Ecclesia Parochiali, & Collegiata S. Samuelis fiet Congregatio, eritque in ea Præsidens Admodum R. D. Ioseph Sandini Plebanus eiusdem Ecclesię, & eo impedito Admodum R. D. Petrus Maria Moretti I. V. D. & conuenire debebit Clerus ipsius, ac etiam Ecclesiarum

S. Moysis.	S. Paterniani.
S. Mar iæ Iubenicorũ.	S. Benedicti.
S. Fantini.	S. Angeli.
S. Lucæ.	S. Mauritij.
S. Vitalis.	S. Geminiani,

IN Ecclesia Parochiali, & Collegiata Sanctæ Mariæ Magdalenæ fiet Congregatio, eritque in ea Præsidens Admodum R. D. Franciscus Riccardi Plebanus dictæ Ecclesiæ, & accedere debebit Clerus eiusdem, ac infrascriptarum Ecclesiarum

S. Fe-

S. Felicis.	S. Leonardi.
S. Sophiæ.	S. Hieremiæ.
Ss. Apostolorum.	Ss. Hermacoræ, & Fortunati
S. Martialis.	S. Luciæ.

IN Ecclesia Parochiali, Collegiata, & Matrice S. Syluestri fiet Congregatio, eritque in ea Præsidens Admodum R. D. Laurentius Licini Plebanus dictæ Ecclesiæ, & eo impedito Adm. R. D. Laurentius Licini I. V. D. Subdiaconus Titulatus eiusdem Ecclesiæ, & conuenire debebit Clerus eiusdem, ac infrascriptarum Ecclesiarum

S. Pauli.	S. Matthæi.
S. Thomæ Apostoli.	S. Mariæ Matris Domini.
S. Apollinaris.	S. Ioannis Decollati.
S. Simeonis Prophetæ.	S. Augustini.
S. Stephani Confess.	Ss. Simeonis, & Iudæ.
Ss. Vbaldi, & Agathæ.	S. Eustachij.
S. Cassiani.	S. Crucis.

IN Ecclesia Parochiali, & Collegiata S. Agnetis fiet Congregatio, eritque in ea Præsidens Admodum R. D. Dominicus Borghetti Plebanus, & eo impedito Admodum R. D. Nicolaus Ceresatus Titulatus eiusdem Ecclesię, Canonicus Ecclesiæ Ducalis S. Marci, & accedere debebit Clerus ipsius, ac infrascriptarum Ecclesiarum

S. Panthaleonis.	S. Gregorij.
S. Margaritæ.	S. Euphemiæ in Iudaica.
S. Barnabæ.	S. Basilij.
Ss. Viti, & Modesti.	S. Raphaelis Archangeli.
Ss. Geruasij, & Prothasij.	S. Nicolai.

DE
EXERCITIJS
SPIRITVALIBVS
PERAGENDIS.

CVm à Miſeratione Diuina commiſſa Nobis fuerit vigilantia, & ſolicitudo non ſolum ad retinendam, & conſeruandam in hac Diœceſi Sacerdotalis Ordinis dignitatem, verum etiam ad augendam, & promouendam morum exemplaritatem, & Sanctimoniam, eximius, quo accenditur Zelus Sanctiſſimi D. N. Papæ Clementis XI. per ſuam Encyclicam Epiſtolam ad vniuerſos Italiæ, Inſularumque adiacentium Epiſcopos Paternè ſubminiſtrare non deſtitit modum, & formam, quibus propoſitum Noſtrum aſſequeremur, præcipiendo ſcilicet alijs, alios verò hortando, vt deſignatis, ſeu reſpectiuè deſignandis temporibus, & diebus ſtatutis, aliquando vacent Spiritualibus Exercitijs;

Eandem propterea Epiſtolam ea, qua decet veneratione recepimus, & publicari mandauimus, præſcribentes ſubindè, ac præcipientes, quod magis expedire arbitrati ſumus, & faciliorem viam munit advberrimum hunc fructum in hac Inclyta Venetiarum Ciuitate, & Diœceſi Noſtra conſequendum.

Deſignauimus igitur quolibet anno (prout recurrentibus pariter deſignabimus) ſtatutos dies, quibus in Oratorio Palatij Noſtri Patriarchalis opus tàm ſalutare

tare

tare adimpleretur sicut interessentibus Nobis per dignos Sacerdotes ex Clero Nostro hucusque fuit integrè persolutum.

Propterea ne vllo vnquam tempore saluberrimum hoc institutum deficiat, tenore præsentis Nostræ Constitutionis volumus, & mandamus omnibus, & singulis Sacerdotibus, & Confessarijs à Nobis approbatis in hac Ciuitate degentibus, & in Ecclesijs Nobis subiectis Sacramentales Christi-Fidelium Confessiones audientibus, vt quolibet anno in aliquo ex designatis, seu pro tempore designandis locis se recipiant, ibique per decem continuos dies statutis horis conueniant ad spiritualia exercitia prædicta peragenda, dirigente opus huiusmodi aliqua Persona Ecclesiastica à Nobis pariter deputata, seu deputanda.

Certiores verò facimus omnes, & singulos, qui Ordinationi Nostræ huiusmodi non paruerint, aut parere neglexerint, quod pro Confessionibus Sacramentalibus audiendis, & facultate prima vice obtinenda, nemini indulgebimus, nisi certò nouerimus præfatæ Sanctitatis Suæ menti, & consilio; ac Ordinationi Nostræ quantum fieri potest eos paruisse.

Animarum verò Rectores, Canonicos, aliosque Beneficiatos, & Chori seruitio adstrictos hortamur in Domino, & Paterna affectione Nostra monemus, vt semel in quolibet anno Exercitijs huiusmodi pariter vacent, eaque adimpleant; præter enim absolutionem à debita Residentia pro illis decem diebus benignè impertitam, & Indulgentiæ Plenariæ spirituale donum largitèr concessum, impelli maximè debent ad opus huiusmodi amplectendum ijs verbis, quibus Ss. D. Noster Papa

usus est in præfatis litteris, quod nempè ipsi sunt Sanctiora Ecclesiæ membra, dispensatores Mysteriorum Dei, Christiani Populi Duces, & Magistri, mediatores inter Deum, & homines, Lucernæ super candelabrum positæ, vt luceant omnibus, qui in Domo sunt; & nihil esse quod alios magis ad pietatem, Diuinumque cultum accendat, quam illorum vita, & exemplum.

Prætereà mandamus, & præcipimus omnibus, & singulis Clericis huius Ciuitatis Iurisdictioni Nostræ subiectis, in aliquo ex minoribus Ordinibus constitutis, seu ad aliquem Minorum Ordinum in posterum promouendis, & ętatem quatuordecim annorum excedentibus, quod quolibet Mense in loco cuilibet Sexterio designato statuta die pariter conueniant, iuxtà ea, quæ in Edicto Nostro generali diei 6. Iulij 1712. exposito, & publicato præscripsimus, ad interessendum scilicet spiritualibus exercitijs, modo, forma, & sub pœnis in eodem significatis, & contentis: salua interim, & firma etiam remanente pro inuiolabili obseruantia, & obedientia Ordinatione Ss. D.N. Papæ Innoc. XI., ac laudabili Prædecessorum Nostrorum praxi, & consuetudine procedendi de, & super promouendis ad Ordines Sacros. Quæ omnia Typis denuò imprimi, ac infrà registrari mandamus.

Co-

Copia della Lettera Circolare Stampata, e trasmessa per Ordine, e Commissione di Nost. Sig. Papa CLEMENTE XI. alli Monsig. Patriarchi, Arciuescoui, Vescoui, & altri Ordinarij dell' Italia, ed Isole adiacenti, il tenore della quale è tale, come segue.

Foris. *Per Illustri, & Reuerendiss. Domino, vti Fratri Patriarchæ Venetiarum.*

INTVS VERO'.

PEr Illustris, & Reuerendissime Domine vti Frater. Inter grauissimas Pastoralis Officij curas, quibus Sanctissimus Dominus Noster assiduè premitur, in eam præcipuo studio incumbit, vt quicunque in sortem Domini vocati sunt, præsertim verò Sacerdotes, & animarum Rectores, cùm Sacrarum Literarum, Diuinarumque rerum scientia, tùm etiam vitę, morumque honestate cæteris antecellant, ac in omnibus, iuxtà monitum Apostoli, præbeant semetipsos exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate. Cùm etenim ipsi sint sanctiora Ecclesiæ membra,

bra, Dispensatores mysteriorum Dei, Christiani Populi Duces, & Magistri, Mediatores inter Deum, & Homines, Lucernæ super candelabrum positæ, vt luceant omnibus, qui in Domo sunt; Nihil est, quod alios magis ad pietatem, diuinumque cultum accendat, quam illorum vita, & exemplum; Omnes siquidem in ipsos, tanquam in speculum, oculos conijciunt vt inde sumere possint, quod imitentur. Porrò cum diuturnà experientià compertum sit ad retinendam, conseruandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatem, & sanctimoniam maximè conducere, vt Ecclesiastici viri Spiritualibus Exercitijs aliquando vacent, quibus quidquid sordium de mundano puluere contractum est, commodè detergitur, Ecclesiasticus spiritus reparatur, mentis acies ad Diuinarum rerum contemplationem extollitur, rectè, sanctèque viuendi norma, vel instituitur, vel confirmatur; Proinde Sanctitas Sua pro eximio, quo flagrat, omnium salutis zelo, vehementer exoptans, vt pium hoc, & saluberrimum Exercitiorum Spiritualium opus vbique locorum magnoperè frequentetur, ac vigeat, vniuersos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, cæterosque tùm Italiæ, tùm etiam Insularum adiacentium Ordinarios enixè admonet, ac in Domino hortatur, vt illud, in sua quisque Diœcesi, quo maiori poterunt conatu, & studio promouere satagant; Præcipuè verò ijs districtè iniungit, ac præcipit, vt, quæ dudum san. mem. Innocentius XI. P.M. per encyclicam Epistolam à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium Consultationibus præposita ad vniuersos Italię, Insularumque adiacentium Episcopos datam die 9. Octobris 1682, quoad huiusmodi Spiritua-

ritua-

ritualia Exercitia à ſingulis Clericis decem dierum ſpatio antequam ad Sacros Ordines aſſumantur, peragenda mandauit, exactè, ac inuiolabilitèr obſeruari, & exequi curent, & quos ijſdem Exercitijs per antedicti temporis ſpatium minimè operam dediſſe cognouerint, à Sacra Ordinatione repellant penitùs, & arceant. Preterea Sanctitas Sua eoſdem Ordinarios admonet, & hortatur, vt fructu, qui ſanè vberrimus ex prædictis Spiritualibus Exercitijs percipitur, opportunè propoſito, ac explicato vniuerſos ex Clero ſibi ſubiecto, ſed præcipuè animarum Rectores, Confeſſarios, Canonicos, alioſque Beneficiatos Chori ſeruitio adſtrictos diligentèr excitent ad eadem Exercitia ſaltem ſemel in anno peragenda in Domibus Religioſorum Societatis IESV, ſeu Presbyterorum Congregationis Miſſionis, ſi adſint, ſin minùs in alia Pia, ſeu Regulari Domo ab ipſis Ordinarijs ad id deſignandi, & approbanda. Vt autem alacriùs ad eiuſmodi Spiritualem ſeceſſum ſinguli conueniant, Sanctitas Sua omnibus præfatis animarum Rectoribus, Confeſſarijs, Canonicis, Beneficiatis, alijſque Sacerdotibus, & Clericis, qui per decem dies ſingulis annis, eadem Exercitia peregerint in Domibus præfatis, ibique diù, noctuque permanſerint, ac intereà temporis verè pœnitentes, & confeſſi Sacroſanctum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, quoties id egerint, plenariam omnium ſuorum peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditèr in Domino elargitur. Parochos inſuper per idem tempus ſemel tantùm in anno Exercitijs huiuſmodi vacantes à reſidentia benignè abſoluit; Quod ipſum ſeruari præcipit quoad Canonicos, Beneficiatos, alioſque perſonali

nali residentia obstrictos, & Chori seruitio mancipatos, quos nihilominùs lucrari decernit integros fructus, & quotidianas suorum respectiuè Canonicatuum, & Beneficiorum distributiones quascumque, perindè ac si Choro, Diuinisque Officijs personalitèr interessent, dummodò tamen eadem Exercitia peragant, obtentà prius ab Ordinario licentia, à quo nullatenùs concedenda erit Aduentus, & Quadragesimæ tempore, ac in solemnioribus Festiuitatibus, nec vnquam omnibus simul Canonicis, alijsque Choro inseruientibus, sed eo adhibito modo, vt Chori seruitium nequaquàm intermittatur, & quo ad Parochos, idoneis priùs subrogatis OEconomis ab ipsomet Ordinario approbandis, qui animarum curam laudabiliter administrent. Mandat insuper Sanctitas Sua, vt hæ literæ publicentur in ista Diœcesi, & in Cancellariæ regestis pro perenni eorum, quæ in illis continentur, obseruantia describantur, & ad hunc ipsum finem quolibet triennio earum publicatio in posterùm renouetur.

Quę omnia ita diligenter ab Ampl. Tuę vigili prouidentia, ac Pastorali solicitudine pręstanda fore confidit Sanctissimus Pater, vt à Sanctitate Sua laudem, à Cœlesti verò bonorum operum Retributore condigna pręmia valeat promereri; Et Ampl. Tuę copiosa Diuinorum Charismatum incrementa ex animo precamur.

Ampl. Tuę

Dat. Romę die 1. Februarij 1710.

Vti Fr. Studiosus.
B. Card. Panciaticus Pręf.

Perciò

PErciò Noi Pietro Barbarigo per Diuina Misericordia Patriarca di Venetia, e Primate della Dalmatia, &c. Col Nostro Zelo Pastorale vniformandoci coll' Essecutione à quello di Sua Beatitudine tutta attenta à conseruare, e rauuiuare nel suo vero decoro la Santità, e Dignità del Sacerdotio, dipendendo da gl'Officij di quest' Ordine l'Instruttione, la Corettione, e la Santificatione de fedeli, Commandiamo, che tutti li Chierici quali doueranno esser promossi a gl' Ordini Sacri, del Suddiaconato, Diaconato, e Presbiterato, debbano per lo spatio di dieci giorni continui, sì di giorno, come di notte, dimorare nella Casa de R.R. P.P. Gesuiti, & iui nel proprio, e consueto ritiro con vn diuoto Raccoglimento di Spirito sotto la direttione d'vno delli sopradetti Religiosi fare gl'Essercitij Spirituali per degnamente prepararsi à riceuerli; Altrimente constandosi della disubbidienza, e transgressione saranno esclusi dall'Ordinatione, ne saranno più admessi, se prima non haueranno pienamente, & intieramente adempito à quanto li viene ingionto, e commandato dalla pijssima Mente di Nostro Signore.

In oltre ammoniamo, eccitiamo, & esortiamo nelle Viscere del Signore ogni, e qualunque Sacerdote, ed in particolare li M. M. R.R. Pieuani, Curati, Confessori, Canonici, e Beneficiati di questa Città, e Diocese, soggetti alla Nostra Giurisdittione, che mossi non meno dalli motiui di perfettionare lo Spirito, solleuare le loro menti alla Contemplatione delle cose Celesti, e promouere sempre più il buon essempio nelle persone Secolari, che dal proprio Spiritua-

R le van-

le vantaggio d'acquistare li Tesori Celesti dell'Indulgenze, scieglano dieci giorni in ciascun anno, non però in tempo d'Auuento, ò di Quadragesima, come pure nelle Festiuità più solenni dell'Anno, per consumarli intieramente sì di giorno, come di notte, e senza interuttione nella Casa delli sopracennati Religiosi, ed impiegare se stessi ne gl'*Esercitij Spirituali* per intieramente adempire alle premure Zelantissime della Santità Sua à tenore, e norma di quanto si contiene nella sopra esposta Lettera Circolare.

E perche ad alcuno delli sopradetti può essere, e riuscire di graue incommodo la sola sopracennata deputatione di luogo, per cui forse alcuni non essequirebbero ciò, ch'è tanto à cuore di Nostro Signore, ed in consequenza restarebbero defraudati di si gran bene Spirituale; Volendo suffragare il desiderio loro, che speriamo commune, deputiamo in tal caso, & per essi solamente anco le Case de Religiosi Riformati di San Bonauentura, de P. P. Domenicani della Riforma, e de Preti Secolari della Congregatione dell'Oratorio; Come pure alli Parochi, Confessori, e Sacerdoti della Nostra Diocese Foranea, assegniamo la Casa de Regolari, che fosse nella loro Parochia, ò più vicina al luogo, nel quale dimorano; restando incaricati à proueder prima di persona habile, & idonea per sostenere il peso della Cura dell'Anime, nello spatio di detti giorni, da essere da Noi à quest'effetto approuata.

Raccordando loro essere nella Chiesa di Dio in alto luogo, per essere considerati da tutti, come regola del buon viuere; perche come parla il Sacro Concilio di Tren-

di Trento. *In eos tamquam in Speculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur*: Che però è necessario, che in tutte le cose, *nil nisi graue, moderatum, ac Religione plenum præseferant*, precedendo à tutti coll'esemplarità della vita, e confermando coll' Opere quello, che deuono ad altri insegnare con le parole. Piaccia al Supremo Capo della Chiesa Gesù d'imprimere altamente ne gl'Animi di questo Nostro dilettissimo Clero li giusti, e retti motiui, che hanno mosso, & indotto Sua Beatitudine à ciò fare, sicuri, che tutti con filiale, e rassegnata Obbedienza saranno per dare pronta esecutione ad vn Commando, & respettiuamente esortatione così Santa, che mirano non solo alla Santificatione propria, mà anco al profitto, e Vantaggio Spirituale dell' Anime de Fedeli ricomprate col Sangue pretioso di Nostro Signor Gesù Cristo; Per la publicatione, notitia, & adempimento delle quali cose Ordiniamo, e Commandiamo, che le presenti siano tenute affisse nelle Sagrestie di tutte le Chiese, etiamdio di Monache, soggette alla Nostra Giurisdittione à chiara intelligenza di ciascheduno; In fede di che, &c.

Dal Palazzo Nostro Patriarcale li 28. Marzo 1710.

(PIETRO PATRIARCA DI VENETIA, &c.

Marco Dominoni, Dottor, Cancell. Patriarcale Mand.

Editto per il ritiramento Spirituale d'vn giorno al Mese da farsi da Chierici di questa Città soggetti alla Giurisdittione Patriarcale.

Publicato li 6. Luglio 1712., e presentemente rinouato.

PIETRO BARBARIGO

Per Diuina Misericordia Patriarca di Venezia, e Primate della Dalmazia, &c.

HAuendo Noi altre volte publicata la Lettera Circolare di Nostro Signore Papa CLEMENTE XI. felicemente Regnante del dì Primo Febraro 1710. con cui oltre l'altre cose in quella prescritte, & imposte, auuisa, & esforta gl'Ordinarij de luoghi, che inuigilando alla Santificatione del suo Gregge, e particolarmente de gl' Ecclesiastici, che sono, ò desiderano auanzarsi ad essere Dispensatori della Parola, e Misterij Diuini,

uini, Guida, e Maestri del Popolo Christiano, e Mediatori trà Dio, e l'huomo, eccitino, & essortino ogn' vno del suo Clero à volere, almeno vna volta l'Anno, impiegare dieci continui giorni nella tanto saluteuole opera de gl' Essercitij Spirituali, in ordine alla qual Lettera habbiamo parimente sotto li 28. dello stesso Mese rilasciate in stampa le nostre Paterne ammonitioni, & essortationi, perche questo Nostro dilettissimo Clero volesse perfettionare lo Spirito, nel modo, forma, e luogo in quella prescritto, e publicato, à cui s'habbi relatione.

Quindi è che douendo il Nostro Pastoral Zelo sempre più inuigilare per il Decoro della Dignità, e Santità del Sacerdotio, coll'vniformarsi anco alla pijssima mente di Sua Beatitudine, e volendo che resti impressa nella memoria d'ogn'vno l'importanza delli sudetti impulsi, e Paterne essortationi, eccitiamo la religiosa Pietà d'ogni Sacerdote di questa Città soggetto alla Nostra Giurisdittione, à voler adempire quanto nella sudetta Lettera circolare di Nostro Signore, e nella susseguente Nostra stampa stà espresso, ordinato, e contenuto, per promouere in se stesso con opera si proficua i vantaggi dell'Anima, e spargere fuori di sè il buon odore dell'integrità di vita, e buon essempio di religiosi costumi.

Inerendo poi alli sopraccennati Sourani commandi di Nostro Signore, essequendo anco la sempre lodeuole consuetudine de Nostri Antecessori, habbiamo ordinato, e commandato, che gl'Ordinandi prima d'esser promossi à qualunque de gl'Ordini Sacri, debbano sotto pena d'esser esclusi dall'Ordinatione, hauer fatti li

detti

detti Essercitij Spirituali nella Casa de R. R. P. P. della Compagnia di Gesù, come viene pontualmente essequito, e si siamo mentalmente risseruato il disporre, ordinare, e commandare quanto fosse stato da Noi giudicato opportuno, per obligare tanto quelli Chierici che desiderano esser promossi à gl'Ordini Minori ad intraprendere, per quanto sia loro possibile vn'Opera di tanto vantaggio Spirituale, senza pregiudicar punto al seruitio delle Chiese à cui sono ascritti, & inseruienti.

Essequendo dunque presentemente la Nostra volontà, habbiamo destinato, e designato per ogn'vno de sei Sestieri di questa Città vn luogo, in cui vn giorno solo per ogni Mese, e per qualunque Sestier, debbano li stessi Chierici ritirarsi in vn diuoto raccoglimento di spirito, sotto la direttione di degni Ecclesiastici da Noi parimente destinati, e deputati come nell'infrascritta nota.

Ordiniamo dunque, e comandiamo à tutti, e cadauno de Chierici di questa Città soggetti alla Nostra Giurisdittione, che eccedono l'età d'anni quatordeci, quali desiderano esser promossi à gl'Ordini Minori, come pure à tutti li Sudiaconi, e Diaconi in Ordine, che doppo la publicatione delle presenti in ogni Mese, e nel giorno, che sarà scielto da Direttori, di cui saranno di tempo in tempo certiorati, debbano comparire nel luogo destinato del loro Sestiere, & iui fermarsi, e trattenersi, sì la mattina, che il doppo pranso nel sopradetto raccoglimento di spirito, e prattica de Spirituali essercitij, per imparare à solleuare la loro mente à Dio, ed à viuere con quell'esemplarità di Vita, e costumi, che ricerca la Dignità Sacerdotale, à cui aspirano degna-

gnamente auanzarsi, altrimenti essendo contumaci, e disubbidienti saranno per quella volta esclusi dall'Ordinatione, e non saranno più admessi, se di poi sussequentemente non haueranno adempito à quanto colle presenti viene loro ingionto, è commandato.

Per la publicatione, & adempimento delle quali cose, e notitia de luoghi, e Persone destinate, Ordiniamo, e commandiamo, che le presenti siano tenute affisse nelle Sagrestie di tutte le Chiese Parochiali, e Collegiate à Noi soggette in questa Città a chiara intelligenza di ciascheduno, &c. In fede di che, &c.

Nota de Luoghi e Persone presentemente destinate.

Per il Sestier di Castello, e di S. Marco. L'Oratorio di S. Gio: Batista vicino al Palazzo Patriarcale	*DIRETTORE.* Il R & Eccellente P. Gio: Mioni di S.Bortolomio.
Per il Sestier di Dorso Duro S. Polo e della Croce. La Scola de Tira Oro vicina alla Chiesa di S.Eustachio.	*DIRETTORE.* Il R. P. Girolamo Chiesa di S. Geremia.
Per il Sestier di Canareggio. La Scola di Devotione in campo di S. Aluise.	Il R. P. Francesco Zanuti di S. Geremia.

(PIETRO PATRIARCA DI VENETIA, &c.

Marco Dominoni Dottor Cancell. Patriarc. M.

DE

DE SEMINARIO.

MVlta & Sancta quidem à Sacrosancti Concilii Tridentini Patribus præscripta fuere & Episcopis commendata ad Seminarium puerorum educandorum in quacumque Diœcesi non minùs instituendum, quàm ad iàm institutum & erectum optimè custodiendum, & rectè gubernandum. Volentes igitur Seminarium Nostrum Patriarchale antiquitùs institutum, pijsque atque Religiosis Viris etiàm à Nobis creditum ea, qua decet recta ratione ad mentem præfati Concilij regere, & alumnorum progressum in Religiosorum morum non minus quàm in Literarum disciplina totis viribus constituere, ea, quæ sequuntur in vnum colligere, ac respectiuè statuere decreuimus, potiora, & præstantiora esse existimantes ad præfati Seminarij optimam conseruationem, & administrationem.

Recipiendi igitur in numerum Alumnorum Seminarij Nostri, omnes esse debeant oriundi huius Ciuitatis, vel Diœcesis, duodecim saltem annorum ex legitimo Matrimonio nati, atque sciant competenter legere, & scribere.

Eligentur à Nobis primò ex ijs, qui alicui Parochiali, & Collegiatæ Ecclesiæ adscripti sunt, & inseruiunt, proindeque sub dictæ Ecclesiæ nomine à Plebanis Nobis præsentari præscribimus, ut de requisitis qualitatibus antequàm recipiantur necessarias informationes habeamus.

Vt

Vt autem unaquæque Ecclesia Parochialis & Collegiata hujus Ciuitatis ex hoc Seminario fructum recipere possit, Nosque ex præsentatis meliores valeamus secernere, statuimus, vt quolibet Mense Septembris singuli Plebani, seu Rectores Parochialium, & Collegiatarum Ecclesiarum (quorum conscienciam super hoc oneramus) eorum qui admitti possunt, & cupiunt, notam faciant, eamque in Cancellaria nostra Patriarchali exhibeant, quod si adimplere neglexerint, aut recusauerint, tunc alij Clerici in Ecclesijs Nostris inseruientes, siue alij, qui de Ciuitate, vel Diœcesi sint, à Nobis eligentur, & recipientur ad normam Constitutionis Priolæ in prima Synodo Tit. de Seminario.

Pro ijs autem eligendis, & secernendis examinabimus, & inquiremus etiam per secretas informationes, non solùm super eorum ingenio, & idoneitate ad literarum studia, & functiones Ecclesiasticas exercendas, verùm etiam super religiosæ disciplinæ spe, & bonorum morum augmento, habita etiam à Nobis ea consideratione, ut præferantur ij, qui maiori paupertate laborant.

Ij verò omnes, qui à Nobis sicut præmittitur electi fuerint, idoneam fideiussionem præstent de soluendis alimentis pro medietate, & seruandis omnibus, & singulis appositis, & adiectis in mandato eisdem relaxando, nec à Rectore Seminarij recipiantur, nisi ipsum mandatum Nostrum in scriptis producant, & exhibeant.

Studiorum autem annus incipere debeat à die tertia Nouembris immediatè subsequentis, in qua omnes Alumni in Seminarium se recipere, & conuenisse debeant,

beant, ad confeſſionem generalem faciendam, & ad ſpiritualia octo dierum exercitia peragenda, ad effectum, ut primò diſcant ambulare in timore Domini, cuius lumine, & auxilio proficiant pariter in ſcientijs, & litterarum cognitione.

Poſtquàm autem recepti ſemel fuerint intrà Seminarium, nullus eorum ſub quouis colore, prætextu aut cauſa, ſub pœna perpetuæ excluſionis etiam ad unicam tantum diem ab eo diſcedere valeat, niſi beneplacitum noſtrum priùs poſtulet, & obtineat.

Vbi verò ſtudiorum curſum adimpleuerint, aut ſacro Subdiaconatus Ordine à Nobis fuerint ordinati, vel Subdiaconale beneficium alicuius Eccleſiæ fuerint adepti, & à Nobis inſtituti, ad propriam quiſque Eccleſiam cuius nomine fuit receptus, obtentâ tamen prius licentia Noſtra in ſcriptis, & benedictione, redeat, & in ea ſe exerceat, ac debitè inſeruiat, nec alteri Eccleſiæ audeat inſeruire.

Si quis autem ſine noſtra licentia è Seminario diſceſſerit, vel ex eo fuerit iuſta de cauſa expulſus, aut Clericali tonſura inſignitus propriam Eccleſiam deſeruerit, volumus, ut nullus ex Parochis Noſtris illum in Eccleſiam ſuam recipere audeat, & in ea inſeruire permittat.

Ad hoc etiàm ut ſciamus, & ſucceſſiuis temporibus notum Nobis ſit, quo vitæ tenore præfati Alumni viuant in Seminario, & an debitè progrediantur in litterarum ſtudio, adhibitis, ſeu etiam ſi opus fuerit deputatis grauibus, peritis, & Religioſis Viris Seminarium ipſum ſæpè ſæpius viſitabimus, & diligentiſſime inquiremus.

Tandem

Tandem pro administratione omnium, & quorumcumque redditûum ad Seminarium præfatum spectantium, nec non pro expensis annuatim recurrentibus subministrandis, peritum Procuratorem elegimus moribus, & conscientia laudabilem, cui incumbat quotannis de sua peracta administratione rationem reddere si opus fuerit.

DE

REGVLARIBVS.

Regularibus multa ex Sacrorum Canonum præscripto Sacri Concilii Tridentini decretis, & ex Apostolicis constitutionibus inhibita fuere, plurima verò Episcoporum auctoritati concessa, quæ omnia, & singula eisdem inhærendo Nos pariter inhibemus omnibus, & singulis Regularibus in Nostra Diœcesi degentibus sub pœnis, & censuris in ipsis Sacris Canonibus decretis, & constitutionibus inflictis.

Expressè verò, & specialiter aliqua referentes, eosdem in primis hortamur, & enixè monemus, ut sollicitudinis Nostræ etiam in hac parte cooperatores effecti, Sacerdotes alienæ Diœcesis in hac inclyta Ciuitate Venetiarum degentes, in suis Ecclesijs nullatenus celebrare permittant, nisi licentiam Nostram in scriptis obtinuerint, ac nondùm elapsam exhibeant, & Veste talari semper induti ad celebrandum compareant.

S 2 Sacra-

Sacramentales Secularium Christi fidelium Confessiones audire, eosdemque intrà iurisdictionem Nostram à peccatis absoluere non audeant, sub quorumuis priuilegiorum prætextu, nisi licentiam Nostram in scriptis obtinuerint, qua etiam obtenta à Casibus Nobis in pagella reseruatis absoluere abstineant, nisi de speciali etiam Nostra, seu Vicarij Nostri Generalis in scriptis expressa licentia.

In Ecclesijs Iurisdictioni Nostræ subiectis prædicare non audeant, nisi attestationem sui Superioris Nobis exhibeant, se degere, commorari, & pernoctare intra Claustra sui Monasterij, & sub eiusdem obedientia viuere, ad effectum reportandi licentiam, facultatem, & approbationem in scriptis, pro prædicto munere obeundo, emissa etiam ab eis pro prima vice coram Nobis professione Fidei.

In Ecclesijs autem proprijs concionaturi ad Nos pariter vt suprà accedant, pro benedictione Nostra obtinenda, & ad Nostras adhortationes, ac monita recipienda.

A' Sacris suppellectilibus, Calicibus, patenis, Campanis, quæ pro Ecclesijs Nobis, & Iurisdictioni Nostræ subiectis debent inseruire, benedicendis abstineant, nec extrà casum necessitatis extremæ vnctionis Sacramentum infirmis ministrent inscio, aut inuito Parocho.

Nullo modo, nec sub quouis colore, prætextu, & causa audeant ad Monialium Monasteria accedere, & in eorum collocutorijs se sistere ad colloquendum etiam per modicum tempus cum Monialibus, nisi fuerit seruata forma à decretis Apostolicis præscripta, & licen-

tia

tia Nostra in scriptis fuerit ab ijsdem impetrata, quæ eisdem non concedetur, nisi Moniales, quas alloqui oportuerit, in primo, aut secundo consanguinitatis gradu fuerint cum ipsis coniunctæ, & aliàs iuxtà decretum recol. mem. SS. D. N. Vrbani Papæ Octaui diei 19. Nouembris 1623., nec intelligatur concessa, nisi sub conditionibus in ipsa licentia Typis edita præscriptis, & exaratis, seù etiàm præscribendis, & exarandis. Qui autem non fuerint, sic ut præmittitur, coniuncti, ad Monasteria accedere, easque alloqui non præsumant, nisi reportata debita, & opportuna facultate, & licentia, Apostolica Auctoritate concessa, & Nobis, prout moris est remissa, ad effectum obtinendi etiam facultatem, & licentiam Nostram cum opportuno rescripto, & consensu.

Quandocumque ad Ordines promoueri desiderans existentes de familia alicuius Monasterii intrà Diœcesim Nostram siti, Apostolica decreta eludere abstineant, effugiendo scilicet Iurisdictionem Nostram in hac parte, de, & super Examine coram Nobis peragendo, & approbatione reportanda, ac Ordinatione à Nobis suscipienda ijs anni temporibus, in quibus per publicum edictum Ordinationes habendas, & celebrandas promulgari mandabimus.

Omnia tandem & singula, quæ in præfatis Canonibus, decretis, & Constitutionibus Apostolicis hactenus editis seu imposterùm promulgandis exequantur, seù respectiuè exequi faciant.

DE

DE CONFESSARIIS MONIALIVM.

SAcris Virginibus Deo dicatis, quæ in Monaſterijs Iuriſdictioni Noſtræ ſubiectis ad Sanctitatem colendam, & profitendam verſantur, ac lectiſſima Ieſu Chriſti & Gregis Noſtri portio ſunt, maximè intereſt, ut aſſignemus Confeſſarios, qui omnimoda timoratę conſcientiæ Religione præfulgeant, & omni probitate, ſcientia, ac prudentia concreditum Miniſterium adimpleant.

Nos igitur quibus præcipuè iniuncta eſt à Cœleſti Sponſo prædictarum Virginum cura, & earum Animarum gubernium, certiores facimus omnes & ſingulos, quod impoſterùm ex Confeſſarijs à Nobis approbatis ad ſæcularium Confeſſiones audiendas tantummodò aſſumemus eos, qui ætatis maturitatem à Iure præſcriptam teneant, grauitateque, ſcientia, ac morum exemplaritate cæteros antecellant.

Volumus propterea ut impoſterùm etiamſi pro audiendis Sæcularium Confeſſionibus præuio examine admiſſi & approbati fuerint, quantocumque tempore in ijs adminiſtrandis laudabiliter ſe geſſerint, nouum examen ſubeant coram Nobis ad hoc ſpecialiter adimplendum, per quod Nobis, quantum fieri poteſt conſtare faciant ſe aptos & idoneos exiſtere ad Moniales erudiendas in omnibus, quæ ad Dei cultum, & ſempiternam

nam

nam salutem consequendam pertinent.

Quos autem hactenùs ad huiusmodi ministerium elegimus summoperè monemus, ut quantum humana possibilitas ferre potest enixè studeant, sacras Iesu Christi Sponsas in tranquillitate, humilitate, & simplicitate cordis retinere, docentes eas seruare omnia, & singula, quæ à suæ Religionis regula præscripta sunt, præsertim etiàm ea, quibus per solemnem Votorum emissionem se spontè, & inuiolabiliter obstrinxerunt.

Ne igitur muneri Nostro deficere videremur ad promouendam magis in dies earum pietatem, & perfectionem, Prædecessorum Nostrorum vestigia sequentes, libellum vulgari sermone conceptum, & Typis editum sub titulo, *Ordini Generali per le Monache* relaxari, & Abbatissæ, seu Priorissæ, nec non Confessario cujuscumque Monasterij Iurisdictioni Nostræ subjecti consignari mandauimus, præcipientes omnimodam executionem omnium, & quorumcumque in eo contentorum sub pœnis etiam in eodem inflictis, seu arbitrio Nostro respectiuè infligendis.

Easdem propterea Generales Ordinationes quicumque Monialium Confessarius à Nobis approbatus, & deputatus præ manibus habeat, ipsasque quantum in se est curet adimpleri, ut sicuti decet Moniales præstent Obedientiæ debitum, & ambulent in via Domini.

Ad tollenda verò dubia, & euitandos abusus, qui aliquandò oriri solent in certis, & determinatis casibus, forsan etiam non sine Animarum præjudicio, decernimus & declaramus, eos tantùm intelligendos esse Confes-

Confessarios ad audiendas Confessiones Monialium in Diœcesi Nostra approbatos, qui à Nobis deputati fuerunt, & sunt, seu pro tempore erunt in actuali exercitio audiendi earundem Confessiones in aliquo ex Monasterijs Iurisdictioni Nostræ Subiectis, quibus etiam præcipimus, & mandamus sub pœna remotionis ab Officio, alijsque arbitrio Nostro, ut nullo modo audeant, aut quocumque colore, prætextu, & causa præsumant Confessiones cuiuscumque Monialis alterius Monasterij audire, nisi impetrata prius à Nobis, seu Vicario Nostro Generali debita licentia, & facultate in scriptis obtinenda.

Nullus etiam Monialium Confessor sub pœna perpetuæ priuationis ab Officio audeat à qualibet earum quidquam etiam sponte datum dono accipere, nisi quid fuerit ex rationabili consuetudine, & nomine Monasterij assignatum præter annuam, & competentem mercedem, ad eorum vitæ sustentationem præscriptam, aut usu non reprobato firmatam pro penso laboris.

DE
LVDI MAGISTRIS.

DE jis etiam, quorum præcipuè est pueros in Dei timore, Officijque Christianę Religionis continere pręcipimus, ut omninò Constitutiones Patriarchales Synodales seruentur, & pręsertim Constitutio Sagreda Decreto nono.

Eos

Eos autem plurimùm hortamur, & monemus, ut pueros, & adolescentes in Doctrina Christiana, Catholicæ Religionis præceptis, & rudimentis fidei instruant & attentè videant, an isti libros, vel ob fidei doctrinam, vel ob morum institutionem damnatos, aut improbos habeant & legant, conuitia, & inhonesta verba proferant, præsertim verò horrendum blasphemandi usum (quod absit) recipere incipiant, ad eos non minùs corrigendos, sed seueris castigationibus puniendos.

Plebanos etiam, & Animarum Rectores hortamur, & enixè precamur, ut salutis Animarum zelo accensi puerorum scholas, quas in sua Parochia sciuerint existere, sæpè sæpius inuisant, ac puerorum mores, & vitam diligentissimè perquirant.

DE

SEXTERIORVM

MAGISTRIS.

VTinàm verò ea omnia, quæ de Sexteriorum Magistris à Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus præscripta sunt, adimplerentur, & Clerici eorum Scholas frequentantes in scientijs proficerent, ne in examinis experimento pro Ordinibus suscipiendis non sine animi Nostri mœrore aliquandò reprobarentur ab Examinatoribus.

 Reno-

Renouantes propterea, & confirmantes methodum aliàs præscriptam decernimus, & mandamus.

Primò, vt à quacumque Ecclesia antiqua Taxa solutionis Magistro Sexterij subministrandæ seruetur, donec à Nobis aliter forsan deliberatum fuerit.

Secundò, Quod Plebani omnes cuiuslibet Sexterij, & eorum singuli in suo Sexterio, ac in Sacristia alicuius Ecclesiæ termino duorum Mensium à publicatione præsentis Synodi reducantur, ibique nouam electionem Magistrorum faciant; vel iam electos confirment, si ita eis expedire videbitur, ea tamen ratione habita, & conditione seruata, ut electi, seu eligendi ab alio munere, seu officio exempti sint, quod cum huiusmodi Magisterio exercendo Nobis incompatibile videatur, etiamsi substitutum, seù Repetitorem idoneum habeant, quem ab omnibus etiam haberi, & teneri mandamus à Visitatoribus Sexterij saltèm recognoscendum.

Electiones autem, seù Confirmationes fieri volumus de biennio in biennium iuxtà Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, quas adimpleri mandamus in omnibus suis partibus.

Nouiter verò electi antequàm actuale Magisterij exercitium suscipiant, Nobis præsententur ab aliquo ex ipsius Sexterij Plebano, à cæteris ad hoc specialiter deputato, seu deputando, ad effectum, ut à Nobis (si ita expediens videbitur) approbetur, coram Nobis fidei professionem emittat, & licentiam Nostram in scriptis obtineat ad Scholam aperiendam, & per se exercendam.

Visitatores autem Sexteriorum in hac Synodo deputati

tati hanc muneris ſui partem eſſe intelligant, ut ſingulo ſaltem bimeſtre præfatas ſcholas inuiſant ad inuigilandum, & inquirendum, Nobiſque, & Congregationi Plebanorum ſui Sexterij, ſi opus fuerit, diſtinctè referendum, an præfati Magiſtri muneri ſuo debitè, & integrè perſoluendo defecerint, aut deficiant.

In Clericis autem inſtruendis hoc plurimùm ipſis commendamus, ut eos grammaticam fundamentaliter doceant, Eccleſiaſticis functionibus, & ijs, quæ ad Ordinum ſuſceptionem ſcitu neceſſaria ſunt diligentiſſimè erudiant.

Teneantur etiam ipſi Sexteriorum Magiſtri quacumque vice publicatum fuerit edictum de examine incipiendo pro promouendis ad Ordines Minores, & Sacros in diſtincta nota referre omnes, & ſingulos Clericos, qui ſuam reſpectiuè Scholam frequentant, in qua deſcribant eorum nomen, cognomen, & cui Eccleſiæ inſeruiant, eamque in Cancellaria Noſtra præſentent, aut preſentari faciant ad effectum pro ut Nobis tunc expedire videbitur.

DE REPARATIONE DOMORVM

Ecclesiasticarum per Beneficiatos facienda.

TAnta est de re hac agendi, & decernendi necessitas, ut in ea versando solicitudini Nostræ placeat non solùm Prædecessorum Nostrorum Constitutiones innouare, verùm etiam eisdem aliquid addere, quo prouidere possimus Beneficiatorum negligentiæ, & omnimodam earundem Constitutionum executionem reportare. Innouamus igitur in primis, & confirmamus Constitutionem Priolam in Secunda Syn. cap. x., eamdemque in omnibus suis partibus seruari, & adimpleri mandamus.

Vt autem prædicta debitam sortiantur executionem, & quantum in Nobis est impendamus ad noscendam, & deprimendam cuiuslibet Beneficiati negligentiam, & contumaciam, Statuimus, ut Visitatores Sexteriorum per Nos deputati, seu si expediens videbitur etiam specialiter ad hoc deputandi, quandocumque ex Officij debito aliquam Ecclesiam visitauerint, adhibita opera actuarij Cancellariæ Nostræ Patriarchalis, quem etiam specialiter deputamus ad scribendum necessaria, & opportuna, ac eorum prudentiæ benè visa, diligen-

ter

ter inquirant, & Inquilinos etiam domorum (si opus sit) vocari faciant ad sciendum, an præfatæ Beneficiatorum domus, seu etiam Apothecæ aliqua necessaria reparatione indigeant, & pro restauratione, instantiam faciant ad effectum, ut redacta in scriptis huiusmodi necessitate, Nobisque per præfatum Actuarium producta, & exhibita, authoritate Nostra ordinaria, qua fungimur in hac parte, procedamus ad ea, quæ Iuris fuerint, ad normam prædictarum Constitutionum, & modo, ac forma in eis contentis, & suprà expressis.

Mandamus insuper, & quibuscumque Procuratoribus cuiuscumque Capituli Ecclesiarum præcipimus, ut singuli eorum quolibet Mense perscrutari non negligant, eosdemque domorum inquilinos paritèr requirant, an aliqua urgeat reparatio, seu restauratio, & librum habeant ad hoc specialiter destinatum, & à quocumque alio suæ administrationis libro distinctum, in quo qualibet ultima cuiuslibet Mensis die attestationem referant sequentis vel similis tenoris, & formæ

Adì &c.

Io N. N. Procurator del Capitolo della Chiesa N. in virtù della Constitutione Sinodale hò ricercati nel termine del cadente Mese li habitatori delle Case, e Botteghe di ragione particolare de Titolati, e della Mensa commune di questo Capitolo, & hò rileuato da essi loro non esserui bisogno di riparatione alcuna necessaria (si nulla intersit reparandi necessitas) sin minus, & hò rileuato esserui bisogno di riparare &c.

e ve-

e veduto il bisogno l'hò significato al M. R. N. N. Titolato, à cui aspetta la detta Casa, ò Bottega.

DE
SEPVLTVRIS
Altaribus, & Capellis construendis in Ecclesijs.

CVm dispositum, & Statutum fuerit in Secunda Synodo Priola Cap. XI. §. *Intrà Ecclesiam*, Quod nemini locus intrà Ecclesiam pro Sepultura, Altari, vel Capella, construendis concedatur, nisi re diligenter in Capitulo Ecclesiæ cognita, & Patriarchali desuper consensu, & decretò præcedentibus, & seruatis ijs conditionibus, quæ in ipso Patriarchali decreto uti Ecclesiæ vtiles, & juri consonæ præscriptæ fuerint, aliàs quòd instrumenta quæcumque Patriarchali decreto non approbata nulla, & irrita sint, Nos pariter prædictum statutum auctoritate Nostra munimus, & confirmamus, ac in casuum contingentia seruari, exequi, & ad debitum effectum perduci debere præcipimus, decernimus, & mandamus.

De

De ijs, qui interesse tenentur Missæ, vel Officijs, & Processionibus in Ecclesia Patriarchali.

PLuriès à Prædecessorum Nostrorum constitutionibus præscriptum est, & sub certis determinatis pœnis statutum, quod Clerus Noster, vel ex ipso aliqui teneantur interesse Missæ, vel Officijs, & Processionibus, quæ designatis diebus celebrari, & fieri solent in Ecclesia Nostra Patriarchali.

His tamen minimè consideratis, aut etiam tacitè neglectis, sunt aliqui adeò contumaces, ut debitum obedientiæ Officium præstare sępè sępiùs omittant, vnde fit, quod Ecclesiasticæ functiones ex Ministrorum deficientia debito careant decore.

Ne igitur eorum contumacia ulteriùs progrediatur, per præsentem Constitutionem mandamus, & præcipimus omnibus, & singulis, qui interesse tenentur solitis consuetis decretis functionibus in Ecclesia Nostra peragendis, ut quandocumque ex prescripto Kalendarij inuitati fuerint, & non interuenerint, pœnam unius Ducati irremissibiliter auferendam, pauperrimo Pœnitentium hospitio, seu alij Pio loco arbitrio Nostro applicandam incurrant, nisi termino dierum octo absque ulla alia citatione, seu intimatione docuerint de legitima absentiæ causa per Nos cognoscenda.

Mandamus propterea Curiæ Nostrę Patriarchalis Cursoribus,

foribus, ut ipsis designatis diebus præsentes sint in Ecclesia ad fideliter describendum interessentes, & absentes punctandos, ad effectum, vt facta in Cancellaria Nostra relatione, contrà Contumaces procedamus ad ea, quæ Iuri, & Iustitiæ consentanea fuerint pro debito paritionis effectu consequendo.

INSTRVCTIO

Pro Visitatoribus Sexteriorum vulgari sermone concepta.

VOlendo li Visitatori de Sestieri visitare qualche Chiesa in adempimento delle Constitutioni Sinodali faranno auisare l'Attuario della Cancellaria Patriarchale, perche nel giorno da essi destinato sia pronto à riceuere, e scriuere le relationi necessarie da esser à Noi presentate dal medemo per ogni buon fine, & effetto.

Nella Visita, che faranno doueranno sapere, se sia tenuta affissa in Sacrestia vna Tauoleta delle Mansionarie, e se queste siano descritte nella medema nel modo, e forma da Noi prescritto.

Se sia parimente tenuto, e custodito il Libro delle Mansionarie formato nel modo da noi stabilito, e li Mansionarij si notino di giorno in giorno à norma

delle

delle loro obligationi nelle caselle appostate.

Se si reciti ogni giorno in Chiesa da tutti li Chierici unitamente, e diuotamente l'Offitio della Beata Vergine.

Se le Case, Botteghe, ò Beni di ragione del Capitolo, della fabrica, e parimente del M. R. Pieuano, e de qualunque Titolato habbino bisogno d'alcuna riparatione, ò restauratione, riceuendo tal notitia nel modo, e forma da Noi prescritti.

Se il Procurator del Capitolo renda conto ogn'anno della sua amministratione, e tenga vn Libro distinto, nel quale riferisca ogni Mese quanto habbiamo decretato sopra la restauratione di dette Case, e Beni.

Se nel termine delli due Mesi doppo la publicatione del presente Sinodo sia stata fatta dalli M. M. R. R. Pieuani la nuoua Elettione, ò confirmatione del Maestro del Sestier, e se di due anni in due anni si faccia la Congregatione per la nuoua elettione, ò Confirmatione.

Se il detto Maestro di Sestier tenga il suo sostituto, e Repetitore, & uniti instruischino con attentione, e diligenza li Chierici, che frequentano la medesima Scola nella Gramatica nelli riti Ecclesiastici, e in quelle cose, che sono necessarie à sapersi per riceuer gl'Ordini, ed'auanzarsi al grado del Sacerdotio.

Se il detto Maestro tenga altr'impiego, ed obligo da esser da Noi conosciuto, se sia incompatibile col detto Magistero.

Se vi sia alcuno de Titolati che senza le debite licenze, & oltre il tempo permesso habiti fuori di questa Città, ò senza ragioneuole Causa ometta l'assi-

stenza, & interessenza à Diuini Officij.

Se alcuno degl'attuali inseruienti sia stato promosso agl'Ordini Minori, ò Sacri da qualche Vescouo d'aliena Giurisdittione, senza hauer premessi li debiti requisiti.

Se si prattichino le prescritte formule nel libro de Battizati, Matrimonij, e Morti.

Se prima d'admettere alla celebratione delle Messe Sacerdoti Forastieri, sia loro di tempo in tempo ricercata, e fatta vedere da loro à chi s'aspetta la douuta Nostra licenza in scritto.

Se siano osseruati, adempiti, & essequiti li decreti dell'ultima Visita da Noi, ò da Predecessori Nostri fatta nella medesima Chiesa.

Se si esponghino, e siano tenuti esposti in Sagrestia à chiara notitia, & intelligenza d'ogn'uno di Nostri Editti, e Decreti si generali, che particolari.

Se si permetta, che alcun Sacerdote Secolare, ò Regolare esserciti in Chiesa l'Officio del Predicare senza li prescritti requisiti.

Cætera verò omnia à Visitatoribus Sexteriorum inuestiganda, & requirenda satis referuntur à Constitutione Priola in prima Syn. Constit. 46., & in instructione Maurocena in prima Syn., de quorum singulis ipsi Visitatores pro sua prudentia, & conscientia inquirere non negligant, & si quæ opportuno remedio indigere repererint, Actuarius ut suprà deputatus describere non omittat, Nobisque relationem eamdem exhibeat, seù in Actis Cancellariæ Nostræ producat.

DE

SYNODALIBVS

Conſtitutionibus exequendis, ac Præſenti Synodo ab omnibus comparanda, & penès ſe habenda.

ILluſtriſs., ac Reuerendiſs. D. D. Patriarcha mandat omnibus, & ſingulis Parochis, Confeſſarijs, Preſbyteris, & Clericis Iuriſdictioni ſuæ ſubiectis, quatenùs omnia, & ſingula in præſenti Synodo ſancita, ſtatuta, & decreta exequantur, ſeu reſpectiuè exequi faciant, ſub pœnis in eadem contentis, & inflictis, ſeu etiam arbitrio ſuo, ubi appoſitæ non fuerint infligendis.

Ne autem de præmiſſis omnibus Synodalibus ſuis conſtitutionibus aliqua ignorantiæ excuſatio cuiquam prædictorum ſuffragari poſſit, eiſdem, pariter præcipit, & mandat, quatenùs infrà menſem à die perfectæ præſentis Synodi impreſſionis, proprijs expenſis eam comparare debeant, illamque ſedulò, & attentè perlegere teneantur.

Ij etiam Clerici, qui ad Sacros Ordines promoueri deſiderant, teneantur ſinguli, tempore examinis, pro quocumque Ordine ſacro ſubeundi, exhibere in mani-

bus Cancellarij Nostri Patriarchalis præfatam Synodum ad constare faciendum de eorum Obedientia in præmissis.

BREVE DISCORSO

DI MONSIGNOR

Illustriss. & Reuerendiss.

PATRIARCA

AL SVO DILETTISSIMO CLERO

Nel compimento del Sinodo.

BEnedetta la Diuina Misericordia, che s'è degnata infondere nell'humiltà della Nostra Mente dispositioni tali, che hanno potuto riportare la consolatione alle Nostre Pastorali premure, e la diuota rassegnatione di questo Nostro dilettissimo Clero.

Le determinationi che habbiamo hauuto solecitudine di prendere, e stabilire, sono tutte indrizzate all'honore di Dio, al decoro douuto alla sua Chiesa, & alli vantaggi dell'Ecclesiastica Disciplina, e questi appunto furono li primi Nostri disegni nel promouere, & instituire vn'Opera sì Santa, e si necessaria.

Chi poteua mai dubitare defraudata vna si retta intentio-

tentione aualorata dall'assistenza dello Spirito Santo, sospirato da Nostri Voti, inuocato con tanto feruore dalle vostre preghiere? Riconosciamo però questo felice successo come dono del Padre de lumi, che dalla Pietà de vostri Cuori hà voluto tenere lontano l'Insidiator della Pace, e farsi riparo ad'ogni suo nascosto attentato. Se furono dunque vniti li nostri desiderij, siano pur anche communi le nostre Venerationi, in humiliar all'Altissimo i douuti rendimenti di Gratie; e sia impegno del Nostro Carico Pastorale, e della vostra filiale osseruanza promouere sempre più l'honore di Dio, e lo splendore de vostri Religiosi costumi, coll'obedienza non meno à Diuini Precetti, & alle Canoniche Ordinationi, che colla pontuale, & inuiolabile esecutione à quanto habbiamo sin'hora decretato, e stabilito. In questa maniera intraprendendo l'obligo dell'Alto Nostro Ministero posaranno in calma le nostre conscienze, e potremo sperare di godere Compagni gl'amorosi amplessi di Gesù Christo come vere Guide, e Maestri della sua Cattolica Greggia in questa Serenissima Patria, a cui con eguale premura sospiriamo sempre più profuse le Celesti Benedittioni.

DE-

DECRETVM
De Synodi Dimiſſione.

AD laudem Dei Omnipotentis, Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Beati Marci Euangeliſtæ huius inclytæ Vrbis Protectoris, ac Sancti Laurentij Iuſtiniani Proto-Patriarchæ, Noſtram primam Diœceſanam Synodum abſoluimus, ac vti abſolutam in præſenti dimittimus. Vos omnes intereà enixè in Domino hortamur, ac monemus, vt quæ à Nobis pro maiori Diuini cultus augmento, Eccleſiaſticæ diſciplinæ reparatione, Ouiumque Nobis commiſſarum ſpirituali profectu ſancita, decreta, & ordinata ſunt adimpleatis, & debitæ executioni mandetis.

F I N I S.

BVL-

BVLLA

CLEMENTIS

PAPÆ VII.

CLemens Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad Sacram Beati Petri sedem, meritis licet imparibus, diuina dispositione vocati, curis angimur assiduis, & continua meditatione pulsamur; ut ad ea, per quæ maiestas Altissimi ubique collaudetur; cultusque sui gloriosi nominis cum deuotione conseruetur, & amplietur, & ministri idonei ad hoc deputentur, solicitè intendamus; ac illa, quæ propterea etiam Apostolica authoritate gesta comperimus, ut firmiora persistant cum à nobis petitur, Apostolici muniminis præsidio solidamus; & alia pro eorum obseruatione prouidemus, prout Ducum, & aliarum nobilium personarum, eidem Sedi deuotarum, ad hoc tendentia vota exposcunt; & id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Andreæ Gritti Ducis, & Dominij Venetorum Nobis nuper exhibita petitio continebat, dudum felicis recordationis Leoni Papæ Decimo prædecessori Nostro pro parte tunc Ducis, & eorumdem Dominij Venetorum exposito; quòd licet in Ciuitate Venetiarum ad Parochiales Ecclesias, Plebanias, seu Plebanatus nuncupatas, pro tempore vacantes, personæ morum honestate, & pruden-

tia

tia prædictæ, ac vitæ exemplaritate graues, & probatæ per ipsarum Ecclesiarum seu Plebanatuum Parochianos, certo loco ad id deputato, specialiter vocatos, & congregatos, & præcedentibus legitimis tractatibus nominari, & præsentari consueuissent: tamen nonnulli potius sensui, quàm rationi seruientes, non attendentes, quòd in Plebanos, seu rectores Ecclesiarum hujusmodi eligebantur personæ à Parochianis cognitæ, fide, & integritate probatæ, quæ miserabilibus personis infra limites Parochiarum illarum existentibus eleemosinas, à Parochianis collectas, singulis annis distribuebant; antiquum morem huiusmodi omittebant, & consensum à Parochianis à certo tempore citrà contrà antiquum morem prædictum, ut plurimum, per cedulas à singulis singulariter suscipere, & extorquere nitebantur: quod si permitteretur diutius in dictis Ecclesijs Diuinus cultus diminueretur, deuotio tepesceret, & languesceret, ac eleemosinæ hujusmodi personis indigentibus, ut fieri solitum erat, fortassè non distribuerentur: præfatus prædecessor, tunc Ducis, & Dominij prædictorum supplicationibus in ea parte inclinatus, supradictum antiquum, & laudabilem modum, ac morem approbans, suis in forma Breuis litteris statuit, & ordinauit. Quòd ex tunc perpetuis futuris temporibus, occurrente Ecclesiarum, seu Plebaniarum juris patronatus hujusmodi vacatione, Parochiani illarum consensum præstare non possent, nisi dum, & quando in solito loco, præcedente vocatione illorum, qui præsentationi hujusmodi interesse deberent, ac debitis tractatibus, congregati forent. Inhibens omnibus Patronis prædictis, sub excommunicationis latæ senten-

tiæ

tiæ pœna, ne alicui conſenſum extra locum ſolitum, & non niſi vocatis omnibus, & adunatis, præſtare præſumerent: ac decernens irritum, & inane quicquid ſuper hoc à quoquam attentari contingeret, prout in eiſdem litteris dicitur plenius contineri. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat; in dicta Ciuitate, ſeu illius collegiatis; ac huiuſmodi Parochialibus Eccleſijs ſint diuerſa beneficia Eccleſiaſtica Presbyteralia, diaconalia, & ſubdiaconalia nuncupata: ad electionem capitulorum, & collegiorum earundem Eccleſiarum, & confirmationem pro tempore exiſtentis Patriarchæ Venetiarum ſpectantia, & ad illa dum pro tempore vacant, tam iuxta conſtiutiones Patriarchales Venetiarum, quàm etiam per bonæ memoriæ Laurentium Iuſtinianum, & Andream Bondimerium deſuper editas, & per alios Patriarchas Venetiarum reformatas, & à tunc Procuratoribus Cleri Venetiarum approbatas, & confirmatas, nec non de conſuetudine hactenus ut plurimum obſeruatas; perſonæ idoneæ, de gremio ipſarum Eccleſiarum, ſi vita, moribus, & ætate idoneæ reperiantur: aliàs de quibuſcunque alijs Eccleſijs Ciuitatis Venetiarum, gradatim, videlicèt Diaconus ad presbyteratum; & ſubdiaconus ad Diaconatum, nuncupata beneficia huiuſmodi per tunc capitula, & collegia prædicta eligi ſoleant; & ſæpius contingat, vt beneficia ipſa licet fructus illorum tenues ſint, à perſonis minus idoneis, quæ neque velint, neque poſſint eiſdem Eccleſijs in diuinis deſeruire, contra conſtitutiones Patriarchales huiuſmodi à Sede Apoſtolica impetrentur; ex quo Diuinus cultus, qui obſeruatione earu ndem Conſtitutionum in dictis Eccleſijs obſeruabatur

batur, & per deseruientes illis sub spe retributionis ad Dei laudem, & Christi fidelium deuotionem augetur, detrimentum seu diminutionem sustinere dinoscitur. Et causæ propter quas statutum, inhibitio & litteræ prædecessoris huiusmodi pro Ecclesijs Ciuitatis Venetiarum huiusmodi emanarunt, & dictæ constitutiones Patriarchales editæ fuerunt, etiam in Murano, & Maiurbio, ac Torcello, & Burano Torcellan. ac Mathemauco Clugen. Diœcesum Opidis, seu locis, & dictæ Ciuitati circunuicinis, & temporali dictioni Ducis, & Dominij prædictorum subiectis, subsistant, & in illis etiam seruari debeant; maximè cum in illis nonnulli minus idonei ad Ecclesias Parochiales eorundem, & beneficia in illis consistentia ad electionem capitulorum, seu collegiorum, ac confirmationem ordinarij loci pertinentia, exquisita, & indirecta via eligi procurent: Pro parte Andreæ Ducis, & Dominij prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum; vt, ne in præfatis Ecclesijs adeò frequens diuinorum celebratio diminuatur, & deuotio tepescat; sed potius pauperum Clericorum in eis seruientium circa Diuina exercenda solicitudo, ac bonus affectus crescat: statuto, ordinationi, inhibitioni, & decreto huiusmodi nostræ approbationis robur adijcere; ac alia in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Diuini cultus, & deuotionis fidelium conseruationem, & augmentum nostris præsertim temporibus supremis, ac sinceris exoptamus affectibus; tenores dictarum litterarum, & Constitutionum Patriarchalium præsentibus pro sufficienter expressis haberi volentes; huiusmodi supplicationibus inclinati, statutum,

tum, ordinbtionem, inhibitionem, ac decretum, & litteras Leonis prædecessoris, nec non singulas constitutiones Patriarchales prædictas ex certa nostra scientia auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus; ac illis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, & illa firmiter obseruari debere decernimus. Nec non ad singula de Murano, Maiurbio, Torcello, Burano, & Mathemauco loca, & illorum Ecclesias, ac singula in illis consistentia beneficia prædicta; ita ut de cætero perpetuis futuris temporibus occurrente Ecclesiarum locorum eorundem, & beneficiorum in illis consistentium prædictorum vacatione: Parochiani earundem Ecclesiarum patroni consensum, nisi dum, & quando in loco solito, præcedentibus vocatione illorum, qui præsentationi huiusmodi interesse debent, ac debitis tractatibus congregati fuerint, iuxta tenorem litterarum ipsarum præstare non possint: & extra locum solitum, ac non sic vocatis, & adunatis, consensum præstare præsumentes excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrant; nullique ad beneficia, in eisdem Ecclesijs consistentia, nisi iuxta Patriarchales constitutiones prædictas idonei, de gremio earundem Ecclesiarum, si vita moribus, & ætate idonei reperti fuerint, aliàs de quibuscunque Ecclesijs; gradatim, videlicet Diaconi, ad Presbyteratus, & Subdiaconi ad Diaconatus nuncupata beneficia huiusmodi per illorum capitula, seu collegia, aut alios ad quos pertinet eligi valeant: & quicquid secus attentari contigerit, irritum & inane existat: auctoritate & tenore prædictis extendimus & ampliamus; supplentes omnes & singulos iuris, & facti defectus; si qui forsan in editione ipsa-

rum constitutionum Patriarchalium interuenerint. Et nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia, & singula etiam pro Ecclesijs singulorum locorum prædictorum, quòd qui similiter de cætero perpetuis futuris temporibus occurrente vacatione beneficiorum in Ecclesijs, Ciuitatis, & singulorum locorum huiusmodi, capitula, & collegia earundem Ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi vacare contigerit, vt præfertur ad electionem personarum, modo præmisso qualificatarum ad dicta beneficia sic vacantia, & gradatim iuxta constitutiones prædictas procedere; ac personas sic per eos electas Patriarchæ, & loci Ordinario pro tempore existenti, per eum, vel eos confirmandas, seu instituendas, præsentare debeant, & teneantur, & electiones ad ipsa forma iuris, & constitutionum Patriarchalium non seruata, vel de personis indignis, & non idoneis pro tempore factæ, nullius roboris, vel momenti existant. Quodque, si dictus Patriarcha pro tempore existens electionem alicuius ad aliquod beneficiorum huiusmodi pro tempore electi, sub prætextu, quòd in electione ipsa iuris forma, ac constitutionum Synodalium Patriarchalium, obseruata non fuerit, vel quòd persona electi indigna, & non idonea sit, confirmare, seu ipsum electum instituere recusauerit: ab huiusmodi confirmationis, vel institutionis recusatione appellari possit, per illum, qui ab ipso Patriarcha, vel eius prædecessore examinatus, seu de eius licentia ad Sacros ordines promotus fuerit; nisi aliquid post ordinum susceptionem commiserit, propter quod se indignum reddiderit. Et casu quo appellari possit, vt præfertur, causa ipsa appellationis in Ciuitate Venetiarum committi, & cognosci, & vni-

& vnicæ ſententiæ, quæ vim trium ſententiarum diffinitiuarum conformium haberet ſtari deberet. Et ſi contingat male appellatum declarari; ex tunc liceat electoribus ipſis de nouo, pro alia vice duntaxat, ad aliam electionem procedere. Si verò Patriarcha, vel loci Ordinarij prædicti novam electionem prædictam tanquam contra iuris, & conſtitutionum prædictarum formam, vel de indigno, & non idoneo ſcienter celebratam confirmare recuſauerint, & ab huiuſmodi recuſatione iterum appellari, & per iudicem appellationis huiuſmodi male appellatum fuiſſe declarari: ex tunc ſine vlteriori appellatione, liceat Patriarchæ ipſi de beneficijs huiuſmodi pro ea vice duntaxat liberè prouidere: Ac interim appellationibus huiuſmodi pendentibus ipſi, aut capitula, ſeu collegia prædicta de beneficijs huiuſmodi vacantibus nullatenus diſponere, aut aliàs in cauſis huiuſmodi aliquid innouare poſſint, ſtatuimus; diſtrictius inhibentes ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus & ſingulis capitula, & collegia hujuſmodi facientibus, & repræſentantibus, ne ad lectionem alicujus, niſi in loco capitulari, & ſolito Eccleſiarum ipſarum, ac vocatis omnibus, quorum intereſt, juxtà ipſarum conſtitutionum formam procedere quoquomodo præſumant; nec ipſe Patriarcha pro tempore, perſonas, ſic pro tempore electas ad renunciandum, ſeu cedendum prioribus ſuis titulis, ſeu beneficijs etiam ſub ſimilis excommunicationis latæ ſententiæ pœna per contrafacientes incurrenda, interpellare, ſeu cogere, aut eorum reſignationes, ſeu ceſſiones admittere: ſed beneficia ipſa per aliorum aſſecutionem vacare permittere, & de illis juxta conſtitutiones prædictas diſponere debeant. Irritum quoque,

& ina-

& innane si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit decernentes. Quocircà Venerabili fratri Nostro Episcopo Paphen. & dilectis filijs Sancti Gregorij Venetiarum, ac Sancti Thomæ Burgundiorum Torcellan. Diœcesis Monasteriorum Abbatibus per Apostolica scripta Mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac pro parte dicti Andreæ, & pro tempore existentis Ducis Venetorum, & Dominij prædictorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, ac singulos quos ipsæ præsentes concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari: Contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas iteratis vicibus aggrauando: Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & nonnullis Patriarchalibus etiam de consensu Cleri, ac Synodalibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis constitutionibus, & ordinationibus, necnon quibusuis specialibus, vel generalibus etiam mentalibus reseruationibus, expectatiuis, & alijs gratijs perpetuis, & temporalibus vnionibus, suppressionibus, absque consensu coadiutorum, deputationibus, nominationibus citra accessus, & re-

& regressus facultatibus, mandatis, priuilegijs concessionibus, collationibus, prouisionibus, & alijs dispositionibus, litteris, & indultis, etiam quibusuis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, etiam Cardinalatus honore fungentibus, ac nostris, & pro tempore existentis Roman. Pontificis etiam antiquis, & pro tempore descriptis familiaribus continuis commensalibus, etiam Regum, & aliorum Principum contemplatione, vel intuitu; seu in eorum, aut Ecclesiarum, vel Piorum locorum, aut etiam in nullius fauorem, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ex quibusuis causis causis, ac cum quibusuis suspensionibus, restitutionibus, declarationibus, & alijs etiam derogatariarum derogatorijs, ac efficacibus, & insolitis clausulis, irritantibusque etiam, vim contractus inducentibus decretis per nos, & sedem prędictam in genere, vel in specie concessis, & factis, ac in posterum concedendis, & faciendis, quas & quæ, eorumque omnium vim, & effectum, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica indiuidua, & expressa mentio habenda foret, illorum tenores huiusmodi, ac formas, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus pro sufficienter expresis habentes quo ad præmissa, omnino suspendimus, & in dictis beneficijs effectum sortiri, aut locum sibi vendicare, vel etiam ad illa se extendere, aut illorum prætextu jus aliquod ad beneficia ipsa acquiri, nec ad illa in aliquo suffragari posse, & sic per quoscunque judices quauis auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & inter-

præ-

pretandi facultate & auctoritate, iudicari debere: ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus: contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim à dicta sit Sede indultum, quæ interdici suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quæ ad Ecclesias, & beneficia prædicta pro tempore, ut præfertur, electi, si illa dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata fuerint, infra tres menses, a die factarum electionum huiusmodi computandos, nouam prouisionem illorum à Sede prædicta impetrare; & litteras desuper in totum expedire, ac iura Cameræ Apostolicę propterea debitè persoluere omnino teneantur. Alioquin dictis tribus mensibus elapsis, beneficia ipsa vacare censeantur eo ipso. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum approbationis, confirmationis, decreti, adiectionis decreti, extensionis, ampliationis, suppletionis, mandati, suspensionis, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se nouerit incursurum.

Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę millesimo quingentesimo vigesimoquinto, septimo idus Februarum Pontificatus nostri anno tertio.

BVL-

BVLLA

SIXTI PAPÆ V.

A TERGO BREVIS.

Venerabili Fratri Patriarchæ Venetiarum.

INTVS VERO.

SIXTVS PAPA V.

VEnerabilis frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Romanum Pontificem, quem Dominus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ præeſſe, & prodeſſe voluit, aſſiduè inuigilare decet, vt in Eccleſijs magnarum præcipuè ciuitatum non deſint, qui miniſterio diuino aſcripti ad Dei gloriam, & hominum religionem augendam deſignentur. Relatum ſiquidem nobis nùper fuit, in iſta Ciuitate Venetiarum nobilium, & populi frequentia celeberrima perpauca eſſe beneficia, ſub quorum titulo multi pauperes Clerici patrimonij ſufficientis titulo carentes iuxtà Conſtitutionem noſtram poſſint promoueri. Nos igitur ſingularum Eccleſiarum particulariter id exponentium neceſſitatibus, vtilitatibuſque prouidere deſiderantes, fraternitati tuæ, vt omnes, & ſingulos dictæ Ciuitatis Clericos, qui vita, moribus, ætate, natalium legitimitate, & alijs qualitatibus à iure requiſitis per te idonei reperti fue-

rint, etiam si titulo beneficij Ecclesiastici, vel pensionis annuæ non sint prouisi, aut patrimonialia, aliaquæ bona non possideant, dummodo alicui Ecclesiæ dictæ Ciuitatis de consensu eiusdem Ecclesiæ Rectoris fuerint ascripti pro celebratione Missarum, & diuinorum officiorum, ex quarum seruitio, & eleemosynis à pijs Christi fidelibus elargiendis aliquid ad sustentationem victus capere possint, & ab eadem Ecclesia, cui ascripti fuerunt, nullo vnquam tempore amoueri, vel ipsi ab ea recedere possint, & debeant, nisi illis de competenti beneficio, aut pensione super fructibus Ecclesiasticis assignanda prouisum fuerit, vel ita eorum exigentibus demeritis, ab ipsa Ecclesia amouendi veniant; ad quatuor minores, necnon sacros etiam Presbyteratus, Ordines debitis temporibus, seruatisque Concilij Tridentini decretis promouere liberè, & licitè valeas, licentiam Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & facultatem prædicta, ac quibusuis alijs constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Die 30. Decembris 1590. Pontificatus nostri anno Quinto.

M. Vestrius Barbianus.

IN-

INSTRVMENTVM

De omnibus, ac ſingulis, geſtis, & actis, in Diœceſana Synodo ab ILLVSTRISS., & REVERENDISS. D. D. PETRO BARBADICO, Miſeratione Diuina, Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primate, &c. diebus, 28, 29, & 30 Menſis Maij Anno 1714. celebrata.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem 1714, Inditione ſeptima, die verò trigeſima Menſis Maij, Pontificatus autem S.S. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini CLEMENTIS, Diuina Prouidentia PAPÆ XI. Anno decimo quarto.

Præſenti hoc Publico Documento cunctis ubique pateat, & innoteſcat, quod cum à ſupradicto ILLVSTRISS. & REVERENDISS. D. D. PATRIARCHA per Edictum Publicum uſque ſub die decima ſexta Menſis Februarij

Anni currentis lectum in Ecclesia Cathedrali S. Petri, necnon S. Bartholomæi, huius Vrbis, indicta, & publicata fuerit sua prima Diæcesana Synodus pro diebus, 28, 29, *&* 30 *Mensis Maij labentis, Valuisque præfatarum Ecclesiarum, necnon Sacristijs cuiuslibet Ecclesiæ Iurisdictioni suæ Patriarchali Subiectæ, ad pleniorem omnium notitiam, & intelligentiam affixum, Dominatio sua Illustriss. & Reuerendiss. die Lunæ vigesima octaua præfati Mensis Maij circà horam Tertiarum, in Palatij sui Patriarchalis Sacellum se contulit, à quo cum cappa Magna præeunte Cruce, & capitulo, dignitatibus scilicet, & Canonicis, Cleroque Ciuitatis, & Diæcesis, prout de more discessit, Ecclesiamque Patriarchalem ingressus, in scabello ibi preparato genuflexus S. S. Eucharistiæ Sacramento debitam Adorationem præstitit, subindè ad Altare Maius ascendit, Orationibusque, Litanijs, & Precibus, ut in Pontificali Romano præscribitur, recitatis, Solemnem de Spiritu Sancto Missam celebrauit, imploratque etiam eiusdem Spiritus Sancti gratia, decantato Hymno:* Veni Creator Spiritus &c. *sub Baldachino in parte digniori Ecclesiæ preparato se recepit, sedentibus ex utroque latere partitis Canonicis, Sub-Canonicis, subque eorum dexteram Admodum R. R. & Excell. D. D. Marco Antonio Ferro, I. V. D. Proth. Apost. Vicario Generali, ac Præfecto Disciplinæ Clericalis, & Actionis Synodalis, necnon Iudice querelarum, & excusationum absentium; Ioanne Gaspari, I. V. D. Proth. Apost. Plebano Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Fuscæ, Canonico Ducalis Ecclesiæ S. Marci; Pro-Vicario Generali, Præfecto Scrutinij, seù Examinis Synodalis, & Antonio Bettolli, I. V. D. Vicario perpetuo Eccle-*

Ecclesiæ Parochialis , & Collegiatæ S. Bartholomei , & Auditore Generali Patriarchali ; ad sinistram R. & Excel. Domino Marco Mainardi , I. V. D. Promotore Synodali, Meque Marco Dominoni , I. V. D. Cancellario Patriarchali , ac Synodi Secretario , & Reuerendo Domino Francisco Ferro , Coadiutore Patriarchali ; quarto Presbytero Titulato Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Martini, Synodi lectore, sedentibus antè prædictum Illustrissimum & Reuerendissimum D. D. Patriarcha Admodum R. R. D. D. Plebanis , Presbyteris , Diaconis , & Subdiaconis Titulatis. Habita fuit Oratio Synodo à R. & Excell. Domino Ioanne de Comitibus , I. V. D. Alumno Ecclesiæ Patriarchalis , qua absoluta de Mandato , & commissione Dominationis Suæ Illustr. & Reuerendiss. publicatum fuit Decretum de Synodo inchoanda , & prò inchoata habenda , post cuius publicationem Illustr. & Reuerendiss. D. D. Patriarcha antedictus ea qua par est pietate , ac facundia Synodum congregatam allocutus est.

Postmodum è Suggestu lecta, & publicata fuerunt Decreta de Ministris Synodalibus, de præiuditio non afferendo, de proponendis querelis , & excusationibus, de Disciplina Synodali, de Oratione Publica, & de non discedendo post quorum publicationem, petitum fuit ab Excellentiss. D. Marco Mainardi supradicto, ut publicè vocarentur omnes, & singuli, qui de Iure, vel consuetudine Synodo Diœcesanæ interesse debent, obtentoque Decreto, omnes, & singuli nominatim, ac ordinatè vocati fuere , præsentes, stantes capite discooperto alta voce responderunt , adsum *, absentes verò nota signati sunt . Deinde præfati Synodi Promotor institit, ut committeretur Lectura Decreti Sacr. Conc. Trid.*

cap. 2

cap. 2. *sess.* 25. *de Reformat. incipit*: Temporum calamitas *usque ad* §. ad hæc, *omnesque Synodo interessentes, quique in alia Synodo Fidei Professionem non emiserunt, iuxtà Constitutionem Pij Papæ Quarti illam emitterent, Decreto facto iuxtà petita Admodum Reuer. & Excell. D. Iacobus Zoppellius S. Th. D., Archidiaconus Ecclesiæ Patriarchalis è suggestu alta, & intelligibili voce legit Decretum ante dictum, posteà ante Illustr. & Rev. D. D. Patriarcham genuflexus Fidei Professionem recitauit, omnibus pariter genuflexis suis in locis voce submissa eamdem repetentibus usque ad illa verba exclusiuè: Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia: quæ solus præf. Admodum Rever. D. Archidiaconus recitauit, tactisque actualiter S. S. Dei Euangelijs Iuramentum præstitit, quod omnes successiuè præstiterunt dicentes*: Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia. *Subinde antedictus Excell. Synodi Promotor institit pro publicatione Decretorum Sacri Conc. Trid. & Constitutionum Apostolicarum, quæ Illustr. & Rever. D. D. Patriarcha per supradictum Admodum Rev. D. Archidiaconum mandauit legi, ac publicari, & è suggestu lecta, & publicata fuerunt infrascripta, videlicet.*

De Residentia.

Cap. 2. *de Reformat. sess.* 6. *incipit: Episcopis inferiores.*

Cap. 1. *De Reformat. sess.* 23. *incipit: cum præcepto* §. *si quis, &* §. *eadem omninò.*

Cap. 12 *De reformat. sess* 24. *incipit: Cum Dignitates* §. *prouisi usque ad* §. *neminem, &* §. *prætereà usque ad* §. *cætera.*

Bulla

Bulla S Pii Papæ quinti contra non recitantes Diuinum Officium.

De vita, & honestate Clericorum.

Cap.6. de Reformat. sess. 14. incipit: Quia verò.
Cap.6. de Reformat sess. 21. incipit: Quia illiterati.
Cap. 1. de Reformat sess 22. incipit: Nihil est.
Cap. 14. de Reformat. sess. 25. incipit: Quam turpe.
Bulla Sixti Papæ Quinti incipit: Romanum Pontificem.

De ijs qui Confessiones audiunt.

Cap. 15. de Reformat. sess. 23. incipit: Quamuis Presbyteri.

De Missis Celebrandis, obseruandisquæ, & euitandis in Sacrificio Missæ.

Cap. vnico sess. 22. incipit: quanta Cura.

De Matrimonio.

Cap. 1. de Reformat. Matrimonij sess. 24. incipit: Tametsi &c.

De Locationibus Bonorum Ecclesiasticorum.

Cap. 11. sess 25. de reformat. incipit: Magnam Ecclesiæ perniciem &c.

Insuper per eundem Excell. D. Promotorem Fiscalem facta fuit instantia pro deputandis ad reuisionem Computorum Seminarij, ijsque in Actis nominatis pro futura sessione, duobus

bus per Admodum Reuer. Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & duobus pro parte Venerandi Cleri, iuxtà solitum, & consuetum, videlicet per duos ex antiquioribus Plebanis, per duos ex antiquioribus Presbyteris, per duos ex antiquioribus Diaconis, & per duos ex antiquioribus Subdiaconis Titulatis, ad effectum præmissum antè futuram sessionem congregatos, Obtentoque, ac publicato per Lectorem Decreto cum monitione pro præfata nominatione idem Excell. D. Synodi Promotor, absentium contumacia accusata, institit contrà eosdem procedi per solitas cedulas Valuis &c. affigendas, quod obtinuit. Demùm prædictus Illustr. & Reuer. D. D. Patriarcha secundam sessionem pro die crastina 29. Maij indixit, publicatoque per Lectorem Indictionis Decreto, Synodo benedixit; eamque in Domino dimisit.

Die Martis, quæ fuit 29 Maij Illustr. & Reuer. D. D. Patriarcha Cappa Magna indutus, Cruce præcedente, & Capitulo comitante ad Ecclesiam Patriarchalem se contulit, præstitaque debita Adoratione S. S. Eucharistiæ Sacramento, Altare Maius ascendit, Missam de Spiritu Sancto celebrauit, recitauitque Preces, & Orationes cum Hymno: Veni Creator Spiritus, *ad præscriptum Pontificalis Romani. His absolutis ad propriam Sedem accessit, & statim per Lectorem fuerunt publicata Decreta de Synodo prosequenda, de præiudicio non afferendo, & de non discedendo; posteà per Excell. Dominum Promotorem Synodi facta fuit instantia de Clero vocando, deque fidei Professione emittenda ab iis, qui primæ sessioni non interfuerunt, illamque aliàs in Synodo non emiserunt, obtentoque Decreto omnes, & singuli, qui Iure, vel consuetudine Synodo Diœcesanæ interesse debent, vocati fuerunt, absentes notati sunt; successiuè nonnulli ad Illustr.*

& Reuer.

& Reuerendiss. D. D. Patriarcha accesserunt, quorum unus alta voce Fidei Professionem juxtà formam Constitutionis Pij Papæ Quarti recitauit, alijs submissa voce illam pariter recitantibus usque ad illa verba: Sic me Deus adiuuet &c. *quæ posteà singuli protulerunt, tactisque actualiter S. S. Dei Euangelijs in manibus Dominationis suæ Illustr. & Reverendiss. præstiterunt Iuramentum. Posteà Excelentiss. D. Synodi Promotor instetit pro Executione Decreti Sacr. Conc. Trident., cap.* 10. *de Reformatione sess.* 25., *& Constitutionis Bonifacij Octaui incipit:* Statutum de Rescriptis *in* 6. *per Dominationem suam Illustriss., & Reuerendiss. deputari, & Synodo publicari illos, quos in Iudices Synodales deputare deliberauit, obtentoque Decreto ego Secretarius ab Illustriss., & Reuerendiss. D. D. Patriarcha accepi Apodixiam Nominum D. D. Iudicum Synodalium, qui per Lectorem fuerunt lecti, & publicati, singulique à Synodo per Verbum Placet approbati, qui in argumentum honoris recepti ad Illustr. & Reuer. D. D. Patriarcham accesserunt, eiusque manus reuerentèr deosculati fuere.*

Vlteriùs idem Excellentiss. D. Synodi Promotor instetit pro Executione Decreti Sacr. Conc. Triden. cap. 8. *de Reformat. per Illustr., & Reuer. D. D. Patriarcham nominari in Examinatores Synodales personas sibi benè visas, illasque Synodo pro approbatione proponi, & obtinuit, ac ab Illustr., & Reuer. D. D. Patriarcha ego Secretarius reuerentèr recepi Apodixiam Examinatorum Synodalium, quam statim è suggestu publicaui deputando, & præficiendo Vrnarum aperitioni, & numerationi Votorum Admodum R. R. D. D. Antonium Manzoni, Plebanum Excell. Parochialis, & Collegiatæ S. Geminiani, Antonium Zampironi*

roni, Plebanum Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Iuliani, & Ioannem Girardi, Plebanum Ecclesiæ S. Mariæ Nouæ cum assistentia Reuer. D. Vicarij Generalis &c. Recepta fuerunt Vota secreta ab omnibus, singulisque de Synodo, meque Secretario præsente à supradictis Deputatis apertæ fuerunt Vrnæ, singulorumque suffragia propitia, & contraria respectiuè numerata, ac notata. Sicquæ instante Excell. D. Synodi Promotore de Mandato Illustr. & Reuer. D.D. Patriarchæ per Lectorem publicata Nomina à Synodo approbatorum, quæ in Actis, & suprà descripta apparent, per eosdemque Examinatores immediatè præstitum fuit Iuramentum tactis actualitèr S.S. Dei Euangelijs in manibus Dominationis suæ Illustr. & Reuer. quod munus susceptum, quacumque humana affectione postposita, fideliter exequentur. Subinde Excell. D. Synodi Promotor institit pro publicatione Deputatorum, & nominatorum, tàm pro parte Ven. Capituli Ecclesiæ Cathedralis, quàm pro parte Ven. Cleri, ad reuisionem Computorum Seminarij, obtentoque Decreto, publicatisquè nominatis, & deputatis, approbati fuerunt à Synodo per verbum Placet, quorum omnium, & singulorum nomina in Actis, & superiùs sunt adnotata; omnesque deputati accesserunt ad Illustr. & Reuer. D.D. Patriarcham in signumque muneris suscepti Domationi suæ Illustr. & Reuer. manus deosculati fuere. Posteà Excell. D. Synodi Promotor institit pro executione Constitutionis primæ Synodi Priolæ cap. 46. de duodecim Visitatoribus Sexteriorum, & Executoribus Decretorum Patriarchalium, Visitatores deputari, & Synodo publicari, obtentoque Decreto, deputati fuerunt duo Visitatores pro quolibet Sexterio, & publicati iuxtà Apodixiam per Illustr. & Reuer. D.D. Patri-

triarcham mihi traditam in Actis, & suprà registratam, ad beneplacitum D. Suæ Illustr. & Reuer. duraturi. Postmodùm petijt idem Excell. D. Synodi Promotor deputari Magistros Cæremoniarum, qui Sacerdotes circà Cæremonias, & Ritus in Missarum celebratione seruandos examinent, obtentoque Decreto Illustr. & Reuerendiss. D. D. Patriarcha Publicari mandauit in Magistros Cæremoniarum per D. suam Illustr. & Reuer. electos ultrà iàm deputatos; eius arbitrio duraturos, iuxtà Apodixiam mihi traditam in Actis, & suprà registratam, omnesque tàm Visitatores Sexteriorum, quàm Magistri Cæremoniarum in signum muneris suscepti Illustr. & Reuerendiss. D. D. Patriarcha manus deosculati fuerunt. Tandem à supradicto Excell. D. Synodi Promotore facta fuit Instantia procedendi contrà absentes tamquam contumaces, & inobedientes, per solitas cedulas &c. obtentoque Decreto. Illustr & Reuerendiss D. D Patriarcha &c. Tertiam sessionem pro die crastina, trigesima Maij, indixit, publicatoque per Lectorem Indictionis Decreto, Synodo benedixit, illamque prout in antecedenti sessione in Domino dimisit.

Hodierna autem die Mercurij trigesima Mensij Maij Illustr. & Reuer. D D Patriarcha &c. congregato Capitulo, & Clero in Ecclesia Patriarchali, prout in præcedentibus sessionibus hora Tertiarum, Missam de S. S. Trinitate celebrauit, recitatisque Precibus, Hymno Veni Creator Spiritus, *Psalmis, & Orationibus iuxtà præscriptum Pontificalis Romani, publicata fuerunt Decreta de præiuditio non afferendo, & quod nemo discedat, nisi sessione absoluta, solemnique Benedictione recepta. His præmissis vocati fuerunt omnes nominatim, punctatique absentes. Nemo Fidei Pro-*

fessionem emisit, cum illam in præcedentibus sessionibus omnes professi fuissent. Deindè Excell. D. Synodi Promotor institit pro Constitutionum Synodalium publicatione, & per Illustr. & Reuerendiss D.D Patriarcham mihi Secretario tradita fuerunt Decreta à D. Sua Illustr. & Reuer. ad Ecclesiasticam Disciplinam retinendam, conseruandam, & promouendam recenter edita, quæ Lector è suggestu clara, alta, & intelligibili voce legit, & promulgauit. Quibus lectis, & promulgatis per Excell. D. Promotorem Synodalem, instantia facta de Clero vocando, necnon præstanda Obedientia, omnes nominatim vocati fuere, qui coram Illustr. & Reuer. D. D. Patriarcha comparuerunt, genuflexi eiusdem manus deosculati sunt, debitamque Obedientiam præstiterunt, & notati fuere absentes, quos supra dictus Excell. D. Synodi Promotor petijt citari mandari ad comparendum coram D. sua Illustr. & Reueren. termino decem dierum, & allegandum iustam, ac legitimam causam absentiæ, aliàs dicto termino elapso, nec comparentibus condemnari prout D. Suæ Illustr. & Reuerendiss. videbitur; subindè institit pro præsentis Synodi dimissione, obtentoque Decreto, Illustr. & Reuer. D. D. Patriarcha antequàm Benedictionem solemnem impertiretur, Synodum allocutus est, omnesque congregatos hortatus est ad debitam non minus Diuinarum Legum, Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, quàm ad ipsius Synodi Decretorum integram ac inuiolabilem obseruantiam & executionem.

Tandem Processione facta; ac decantato: Te Deum: *Solemnem Benedictionem Synodo impertitus est, eamque in Domino dimisit. Postremò autem Excell. D Synodi Promotor rogauit me Cancellarium, & Secretarium infrascriptum, ut*

de præmissis omnibus, & singulis actis, gestis, lectis, & promulgatis, vnum, vel plura conficerem Instrumentum, ac Instrumenta.

Acta fuerunt præmissa omnia in Ecclesia Cathedrali S. Petri de Castello, huius Inclytæ Vrbis Venetiarum, Anno, Indictione, Pontificatu, Mense, & diebus supradictis Præsentibus R.R. P.P. Andrea Viuiani, & Iosepho Pomo Patriarchalis Curiæ Venetiarum Cursoribus; Testibus adhibitis, vocatis, atque rogatis.

Ego Marcus Dominoni, I.V.D. Curiæ Patriarchalis Venetæ Cancell. & Synodi Secretarius rogatus hoc præsens Publicum Instrumentum confeci.

PRO-

PROPOSITIONES DAMNATÆ AB ALEXANDRO VII Pontifice Maximo,

Feria V. die 24. Septembris Anno 1665.

PRimò. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis ex vi præceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir Equestris ad duellum provocatus, potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia asserens Bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt: & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est Anno 1629. 18. Julii in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium visa, & tolerata est.

4. Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscunque seculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.

5. Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis.

6. Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam posteà legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur solicitasse in Confessione, & proindè non est denunciandus.

7. Modus evadendi obligationem denunciandæ solicitationis est, si Solicitatus confiteatur cum Solicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.

8. Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet Celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani Octavi.

9. Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.

10. Non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre: nequè etiam est contrà fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

11. Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti confessione exprimere.

12. Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad Id Episcoporum facultate.

13. Satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.

14. Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

15. Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

16. Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17. Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere: quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.

18. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

19. Non peccat Maritus occidens propria

pria

pria auctoritate Uxorem in adulterio deprehensam.

20. Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia, ante sententiam declaratoriam Judicis; eo quod sit pœna.

21. Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet.

22. Non est contra Iustitiam, beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subjicere præcepto.

24. Mollities, Sodomia, & Bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ, ideòque sufficit dicere in Confessione se procurasse pollutionem.

25. Qui habuit copulam cum soluta satisfacit confessionis præcepto, dicens, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

26. Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

27. Si liber sit alicuius iunioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet, reiectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.

28. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium propositionum examini cura, & studium impenditur, interea idem Sanctissimus re maturè considerata statuit, & decrevit prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet; itaut quicumque illas, aut coniunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè publicè, aut privatim, tractaverit, nisi forsan Impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cuiuscunque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus S. Rom. & Univers. Inquisit. Not. &c.

Loco ✠ Sigilli.

Sequuntur Propositiones damnatæ ab eodem Alexandro PP. VII. feria 5. die 18. Martii 1666.

29. IN die ieiunii, qui sæpiùs modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit ieiunium.

30. Omnes Officiales, qui pro Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum ieiunio

31. Excusantur absolutè à precepto ieiunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.

32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum, suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

34. In die Palmarum recitans Officium Paschale satisfacit præcepto.

35. Unico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

36. Re-

36. Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodiè sunt revalidatæ.

38. Mandatum Tridentini, factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimùm, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula *quamprimùm* intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò, *regalo*, dum deficiente illo nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.

42. Licitum est Mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annum legatum, pro anima relictum, non durat plusquam per decem annos.

44. Quoad forum conscientiæ Reo correcto, eiusque contumacia cessante, cessant censuræ.

45. Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis idem Sanctissimus statuit, ac decrevit prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimùm, tanquàm scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet, ita ut quicumque illas, aut coniunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit [præterquam in articulo mortis] ab alio quocumque etiam dignitate, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cuiuscumque conditionis, dignitatis, ac Status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus S. Rom. Univers. Inquisit. Not. &c.

Loco ✠ Sigilli.

Propositiones damnatæ ab Innoc. XI. Sum. Pont. feria 5. die 2. Martii 1679.

1. ET primò, non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2. Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem.

3. Generatim dum probabilitate, sivè intrinseca, sivè extrinseca quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4. Ab infidelitate excusabitur Infidelis non credens, ductus opinione minùs probabili.

5. An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

6. Probabile est ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum Charitatis erga Deum.

7. Tunc solùm obligat, quando tenemur iustificari, & non habemus aliam viam,

viam, qua iustificari possumus.

8. Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modò non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

9. Opus Coniugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.

10. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11. Præcepto proximum diligendi, satisfacere possumus per solos actus externos.

12. Vix in Sæcularibus invenies, etiam in Regibus superfluum statui; & ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantùm ex superfluo statui.

13. Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicuius tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

14. Licitum est absoluto desiderio cupete mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.

15. Licitum est Filio gaudere de parricidio parentis à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas.

16. Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundùm se.

17. Satis est, actum fidei semel in vita elicere.

18. Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo; tacere, ac peccaminosum per se non damno.

19. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

21. Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solùm probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22. Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23. Fides latè dicta ex testimonio creaturarum, similivè motivo ad iustificationem sufficit.

24. Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sivè res sit levis, sivè gravis.

26. Si quis, vel solus, vel coram aliis, sivè interrogatus, sivè propria spontè, sivè recreationis causa, sivè quocunque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intrà se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quod vis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec est perjurus.

27. Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28. Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel Officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29. Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

30. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. Idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fustè percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31. Regulariter occidere possum furem

pro conservatione unius aurei.

32. Non solùm licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33. Licitum est tàm hæredi, quàm legatario contrà injustè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut & jus habenti in Cathedram, vel præbendam contra eorum possessionem injustè impedientem.

34. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.

35. Videtur probabile omnem fœtum, quamdiù in utero est, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eamdem habere cum paritur, ac consequenter dicẽdum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36. Permissum est furari, non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37. Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

38. Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furta, quantumcunque sit magna summa totalis.

39. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem illius damni illati.

40. Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retroventitionis prævié inito cum intentione lucri.

41. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quàm futuram, potest Creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

42. Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solùm si exigatur tanquam ex justitia debitum.

43. Quid ni nonnisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam, falso crimine elidere.

44 Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat; & si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45. Dare temporale pro spirituali non est Simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dumtaxat tamquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solùm gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

46. Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale; imò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quàm res spiritualis.

47. Cum dicit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles, ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc digniores, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minùs propria ponit digniores, ut excludat indignos non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò quando fit concursus.

48. Tàm clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium omninò rationi dissonum videatur.

49. Mollities jure naturæ prohibita non est, undè si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquandò obligatoria sub mortali.

50. Copulam cum conjugata consentiente marito non est adulterium, adeòque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti; putà ne à Domino malè tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52. Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si ab-

ſi abſit contem ptus.

53. Satisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo ſacro, qui duas ejus partes, imò quatuor ſimul à diverſis Celebrantibus audit.

54. Qui non poteſt recitare Matutinum, & Laudes, poteſt autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad ſe minorem.

55. Præcepto Communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducationem.

56. Frequens Confeſſio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis.

57. Probabile eſt ſufficere attritionem naturalem, modò honeſtam.

58. Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem.

59. Licet Sacramentaliter abſolvere dimidiatè tantùm confeſſos ratione magni concurſus pœnitentium, qualis v. g. poteſt contingere in die magnæ alicujus feſtivitatis, aut Indulgentiæ.

60. Pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra Legem Dei, Naturæ, aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio; dummodò ore proferat ſe dolere, & proponere emendationem.

61. Poteſt aliquando abſolvi, qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & non vult omittere, quinimò directè, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit.

62. Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi occurrit.

63. Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro, vel proximi.

64. Abſolutionis capax eſt homo quantumvis laboret ignorantia myſteriorum Fidei, & etiamſi per negligentiam, etiam culpabilem neſciat myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti.

65. Sufficit illa Myſteria ſemel credidiſſe.

Aliæ Propoſitiones duæ de Divino concurſu noviſſimè damnatæ ab Innocentio XI. 23. Novembris 1679.

1. DEus donat nobis omnipotentiam ſuam, ut ea utamur ſicut aliquis donat alteri villam, vel librum.

2. Deus ſubjicit nobis ſuam omnipotentiam.

Quicunque autem cujuſvis conditionis, ſtatus, & dignitatis illas, vel illarum aliquam coniunctim, vel diviſim defenderit, vel ediderit, vel de eis diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem latæ ſententiæ, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, niſi pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ Obedientie, & ſub interminatione divini iudicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cuiuſcunque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Tandem, ut ab iniurioſis contentionibus Doctores, ſeù Scholaſtici, aut alii quicunque in poſterum ſe abſtineant, & ut paci, & charitati conſulatur idem Sanctiſſimus in virtute Sanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuſcriptis, quàm in Theſibus, Diſputationibus, ac Prædicationibus caveant ab omni cenſura, & nota, nec non à quibuſcunque conviciis contra eas propoſitiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à S. Sede recognitæ ſuper iiſdem propoſitionibus iudicium proferatur.

Franciſcus Ricardus S. Rom. & Univerſ. Inq. Not.

Loco ✠ Sigilli.

Propoſitiones Damnatæ ab Alexandro VIII. feria 5. die 21. Auguſti 1690.

1. BOnitas obiectiva conſiſtit in convenientia obiecti cum natura rationali: formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc ſufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè. HUNC HOMO NON TE-

NETUR AMARE, NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORALIS.

2. Peccatum philosophicum, seu morale, est actus humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & mortale, est transgressio libera Divinæ Legis. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque eterna pœna dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus omnibus plenè, & maturè consideratis primam Thesem, seù Propositionem declaravit hæreticam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet, sub censuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in iure expressis; secundam Thesem, seù propositionem declaravit scandalosam, temerariam, piarum aurium offensivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicut damnat, & prohibet; itaut quicunque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam disputaverit publice, seù privatim tractaverit; nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab allo quacunque etiam Dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi. Insuper districtè in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Iudicii prohibet omnibus Christifidelibus cuiuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas Theses, seù Propositiones ad praxim deducant.

Alexander Speronus S. Rom. & Univers. Inq. Not.

Loco ✠ Sigilli.

Propositiones damnatæ ab eodem Alexandro PP. VIII. feria 5. die 8. Decembris 1690.

1. IN statu naturæ lapsæ ad peccatum formale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua peccato originali, & voluntate Adami peccantis.

2. Tametsi detur ignorantia invincibilis iuris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operante ea ipsa, non excusat à peccato formali.

3. Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.

4. Dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo, non pro solis electis; sed pro omnibus, & solis fidelibus.

5. Pagani, Judæi, Hæretici, aliique huius generis, nullum omninò accipiunt à Jesu Christo influxum; adeòque hinc recte inferes in illis esse voluntatem nudam, & inermem, sine omni gratia sufficienti.

6. Gratia sufficiens statui nostro, non tàm utilis, quàm perniciosa est, sic ut proinde meritò possimus petere, à gratia sufficienti libera nos Domine.

7. Omnis humana actio deliberata, est Dei dilectio, vel Mundi. Si Dei, Charitas Patris est, si Mundi, concupiscentia carnis, hoc est, mala est.

8. Necesse est Infidelem in omni opere peccare.

9. Revera peccat, qui odio habet peccatum mere ob eius turpitudinem, & disconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offensum respectu.

10. Intentio, qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, mere ut cœlestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11. Omne quod non est ex fide Christiana supernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum est.

12. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides; & etiamsi videatur credere, non est fides divina, sed humana.

13. Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur.

14. Timor gehennæ non est supernaturalis.

15. At-

15. Attriclo, quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiæ Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.

16 Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni, induxit non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, & præscriptio naturæ rel idipsum quodammodo dictante.

17. Per illam praxim mox absolvendi, ordo pœnitentiæ est inversus.

18. Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominùs ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.

19. Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.

20. Confessiones apud Religiosos factæ, pleræque vel sacrilegæ sunt, vel invalidæ.

21. Parochianus potest suspicari de Mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione, ob quæstum, seu lucrum subsidii temporalis.

22. Sacrilegi sunt Iudicandi, qui Ius ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.

23. Similiter arcendi sunt à sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.

24. Oblatio in Templo, quæ fiebat à B. V. Maria in die Purificationis suæ per duos pullos Columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testantur, quod indiguerit purificatione, & quod Filius qui offerebatur etiam macula Matris maculatus esset, secundùm verba legis.

25. Dei Patris sedentis simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare.

26. Laus quæ defertur Mariæ ut Mariæ, vana est.

27. Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus, *In nomine Patris, &c.* prætermissis illis, *Ego te Baptizo.*

28. Valet Baptismus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intùs verò in corde suo apud se revolvit, *Non intendo facere, quod facit Ecclesia.*

29. Futilis, & toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium Oecumenicum auctoritate, atque in fidei quæstionibus decernendis infallibilitate.

30. Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clarè fundatam, illam absolutè potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

31. Bulla Urbani Octavi; *In Eminenti*, est subreptitia.

Quibus maturè consideratis idem Sanctissimus statuit, & decrevit 31. supradictas Propositiones tanquam temerarias, scandalosas, malè sonantes, iniuriosas, Hæresi proximas, Hæresim sapientes, erroneas, Schismaticas, & Hæreticas respectivè, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet; ita ut quicunque illas, aut coniunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in Excommunicationem, à qua non possit (præterquàm in articulo mortis) ab alio quacunque etiam Dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cuiuscunque Conditionis, Dignitatis, & Status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, nè prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Non intendit tamen Sanctitas Sua per hoc decretum alias Propositiones in maiori numero ultrà supradictas 31. Iam exhibitas, & in hoc Decreto non expressas approbare.

Alexander Speronus S. Rom. & Univers. Inq. Not.

Loco ✠ Sigilli.

FINIS.

Aa 3 SERIES

792

SERIES DECRETORUM

ET CONSTITVTIONVM

In præsenti Synodo contentarum.

SESSIO I.

Pro

SESSIO II.

SESSIO III.

De

De

FINIS.

> 46

Autori Anonimi
contenuti in questo Volume 46.